

fructum myrobalani nomen obtinuisse tradidit; idem quoque Plin.lib.xiiii.cap.iv. ubi hist. generaq; palmarum describit, μυροβαλάνης palmæ mentionem non facit. Verba Diosc. non intellexit, aut ad anagnostem legentem non satis attendit; Φοίνιξ, inquit Diosc. παρμφίων Αἴγυπτος μυροβαλάνης. Hæc Plinius sic accepit, quasi Φοίνιξ, id est palma arbor, quæ in Ægypto nascitur, ferret myrobalanum, vel (uti scribit Nobilis. Salmarius) legit, παρμφίων τῶν Αἴγυπτων μυροβαλάνων. Equidem ita est. Atqui παρμφίων & παρμφίων, paucim isti scriptori notat, οὐσιών, & ομοιών. Fortè ad verbaliberti, non satis attendens Plinius, eum legisse somniavit, Φοίνιξ εἰς Αἴγυπτον κλαῖται φίγεται Αἴγυπτοι μυροβαλάνων. Quam parum hic auctor eorum quæ scriptit memor fit, ex iis que lib. xiiii. cap. xxii. tradit, candidus lector videbit: Myrobalano in unguentis similem proximumque usum habet palma in Ægypto quæ vocatur adipiss, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. At longè diversa hæc ab iis quæ lib. xxiiii. tradidit. Priori loco, dixit, palmam myrobalanū ferre; posteriori eundum usum palmam, & myrobalanū in unguentis habere; quod æquè ac prius falso. Ex myrobalani sive glandis unguentariæ fructu oleum fiebat, ex quo pretiosissima conficiebantur unguenta: palmæ glandem unguentis additam, nusquam legimus. Theoph. & Diosc. corticem palmæ, quem ιλαΐτων & αράθων vocant, hunc usum habuisse, tradunt. Corrigere Theoph. locum in libro de odoribus; ubi vulgo legitur, Εἴδωλον τὸ τρύπωντον λατέλων ἐγεγανέλετο. & lege, οὐραζούντων αράθων vel ιλαΐτων, siccata & injecta palmæ spatha quam elaten appellant. Qui, ipsam palmæ in unguentis usum habere, scripsit, repperi neminem. Rectius Dioscordis verba Isid. vertit. Palmam, inquit, appellant myrobalano similem. Immo palmam immaturam, medio maturitatis suæ tempore cōparant myrobalano. Rectius tamen hīc, & melius, quam Plin. vertit. Plinius locum corruptum doctiss. botanicus cēset. Corrigit; Myrobalano unguentariae similem proximamq; figuram habet palma in Ægypto. Frustra inquit excell. Salmasius fuit, qui locū corrigit. Nam & in Indice manuscripto, sic concipitur titulus: De palmo myrobalano, de palma elate. Hæc ipsa est elate, nō balanus palmæ, quæ unguentis ad spissandum oleum adjiciebatur. Palmā elaten, ibi dicit, quasi genus quoddam palmæ sic vocaretur, ut palma myrobalanus, quæ myrobalanum ferat. Atqui non est palma quæ myrobalanū fert, nec fructus palmæ myrobalanus dictus, nec unquam ad υψηναντανον additus. Palmā Ægyptiam adipiss vocari ait Diosc. quod sitim sedet; humore quippe multo plena, nō aliter sitim minuit, quā si bibatur aqua. Nō tantum Ægyptiæ palmæ propriū, ut scribit Plin. quod v̄tridis, & immatura decerpatur, ac ad̄d̄it̄ sit; sed omnes palmæ quæ servari nō poterant, virides, gulae, sitisq; sedandæ gr̄atia edebantur. Diosc. palmā immaturam, non ad̄d̄it̄, sed μύρα vocari scribit. Quod in eadem significatione recidit, μύρα enim dicitur, quod potionis vicem p̄f̄estet. Alij μύρα quasi Latinorū pomū dictū volunt, quod ei sit natura nō minus pomī, quam uvæ. Nā & ejusmodi fructum pomū racemosū nominat Plin.lib. xiiii. cap. iv. Mālunt alijs, Plinius fortassis auctoritate decepti, μύρα vocari, quod nullum intus lignū habeat. Cui, inquiunt, lignū ideo intus nullum est, quia viridis & immatura decerpitur, prius quam genitus sit nucleus. Palmulis enim (ut Plin.lib. xiiii. cap. iv. testatur) prima nascitur pomī caro, postea os (vel ut Plin.loquitur) lignum intus, hoc est semen ejus, argumentū, quod parvæ sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Verū quidē est, in omnibus palmulis nasci ac perfici glandis carnem primum, deinde intus nucleus: sed hoc in palmis non tantum, sed etiam in alijs, quibus nucleus est, observatur; quæ tamen idcirco ἀνηπλωτοὶ non dicuntur. Præterea locū Aristotelis, ad quem hæc scribunt, non intellexerunt. Non vult ille palmas immaturas μύρας vocari, sed arborē, quæ tales gignit palmas. Negat idem Aristot. in dactylis primum carnem, dein semen generari lib. I. de plant. cap.v. παρὰ δὲ σιτηὶς τὸ διατίκη τὸ μύρα, εἰ τὸ μέλιστα, ἡ αράθων ὑπάτηλα, οὐ εἰ καρποὶ Φοίνικων, οὐ τὸ ἀμυγδαλῖνον. Sunt quoque alijs quibus statim semen fit, cum tegumento quo operiuntur, ut dactyli & amygdali. An verum sit, quod de palmis scribit, asserere non audeo. In Ægypto vel ubi mārēscit palma, nunquam fui; probabilior interea Plinius sententia. Finem ut faciā; reperiuntur, qui μύρα servata analogia δακτύλων & παρμφίων legendum arbitrantur. Sed nulla opus mutatione; siquidem μύρα, pro-

potione ab Euripide in Cycl. legitur; δακτύλων, inquit, ηγαντός. Septuaginta Sacræ paginæ interpretes, eodem sensu hoc vocabulo utuntur. Esd.lib. ii. sect. xvii. ubi βερμουτοὶ τοιματα, pro ποματα, cibus & potis legitur. Revertamur unde digressi sumus. Non omnē palmæ fructum βαλανοὶ vocari, auctor Pollux: fœminam palmam hoc nomen habere tradit; marem φύλα appellari afferit. Pollucis verba examinantur cap. seq. ix. circa fin. Palmæ arboris delineatio ex varijs Theoph. locis peti debet, quæ parrim jam examinata, partim infra examinabuntur. Vide lib. i. cap. i. II. ix. x. xiv. xvii. lib. iii. cap. ii. lib. v. cap. iv. & vii. Ex his talis colligitur palmæ descriptio: Palma arbor aspergū pulchra, procera, viginti passuum & amplius altitudine, recto, simplici, & terete quidē caudice, salebroso potius quam scabro, densis gradatisque corticibus, quibus ut gradibus facilem se ad scandendum Orientis populis p̄b̄et. Ramos cacumine tantum in orbem sp̄ragit, suo vertice terram spectantes, foliis deorsum cannarū modo d̄cidentibus, duplicebus, ensis seu gladij figura, sive, ut Theoph. loquitur, καλαμάδην, arundinaceis; quæ ut Plin. ait, ut primum novellas ostendere gemmas, tunc ad funes vitiliumq; nexus, & capitū levia umbracula findūtur. Nascitur inter primos ferē ramos, ex ipso caudice corticosus loculus, duarum sp̄ithamarū longitudine, latiusculus, gladij videlicet latioris specie. quam palmam totius stirpis nomine, & elaten & spathen appellari Diosc. tradidit; ex elate floris ac fructus involucro vere dehiscente, arque in longum sese pandente (involucrū enim illud αράθων dictū, vesicæ modo, ad ver usque clausum est) flores Martio mense prodeunt, numerosi, tenuibus filis vel capillamentis appensi, instar racemi magni coacervati, facie crocinis similes, sed multo minores, candidi, odorati, deorsum ab involucris pendentes. Ex his nascuntur fructus teretes, & oblongi, nucleo intus durissimo oblongo, & canaliculato: de quo mox plura dicenda. In trunci superna parte cerebrum includitur, ιγνιφαλός Theoph. vocat. Eleganter satis palmæ arborē descriptis Plin. lib. xiiii. cap. iv. Sed mirū in modū corruptus codex, adeo ut si alibi depravatus extet locus, hic corruptissimus ac depravatissimus dici mereatur. Integrū idcirco locum ad̄cribā. Genera earum (palmarū) plura, & prima fruticē non excedentia: sterilem hunc alibi & ipsum fertilem, breviisque ramorum orbe foliosum. Tectorij vicem his parietibus plerisque in locis p̄f̄estat contra aspergines. Procerioribus sylva arbore, ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas peltinatim, quas sylvestres intelligi necesse est. Incerta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ. Densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis p̄b̄ent, utilē sibi arborisque induvijs circulum mira perniciitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine, & pomum est, non inter folia, ut in ceteris. Qui anno p̄cedenti Plin. edidit, fatetur in MS. miram hic lectionum esse diversitatem, & qua, inquit, fortè hæc excuspi posuit. Contra asperas. Ingens est procerioribus sylva ex arbore ipsa. &c. Et manet tamen locus obscurus. MS. Utilem sibi arborēmque induvijs circulum mira perniciitate, cum homine subeunte. E quo, ait, Clariss. Salmasius, ita legit, Utilem sibi arborique induvijs circulum, mira, &c. Et ne licet quidem locus satis videtur fanus. Hæc ille qui Plin. postremo excudi curavit. P̄f̄estat ipsa Salmasij audire verba; sed prius codicis antiqui lectionem, quā & Parmensis editio habet, adferam. Genera earum plurima. Et prima fruticē non excedentia. Sterilem hanc aliubi & ipsam fertilem: breviisque ramis obire umbra foliorum. Tectorij vicem hæc parietibus plerisque in locis p̄f̄estat contra aspergines. Sunt è procerioribus sylva arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas peltinatim, quas sylvestres intelligi necesse est: incerta tamen (MS. ut notat Dalecamp. incesta. in Chliffetiano MS. ut idem notat habetur pro aspergines. Sunt è procerioribus aspergines, est procerioribus &c. Libidine se miscent. Reliquæ teretes, arque proceres densis gradatisque corticum pollicibus: ut orbibus faciles se ad scandendum Orientis populis p̄b̄ent. Utilem sibi arborisque induvijs circulum mira perniciitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine & pomum est. Notat Doctissimus Pintianus in Salmant. codice pro incerta libidine, incesta legi. Idem in codice Toletan. pro corticum pollicibus ut orbibus, haberi auctor est, corticum pollicibus, aut orbibus. Videamus quomodo hunc locum restituerit Doctiss. Salmasius. Verba aut ad


ad scribam. sic ille : *Longe corruptissima, apud eundem Plinium eodem capite haec verba de palma arbore. Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendū Orientis populis præbent, utilem sibi arborisque induvijs circulum mira pernicitate, tum homine subeunte. Vitium lectionis & malam manum correctorum testatur vetus Scriptura, quæ sic habet. Densis tradatisque corticum pollicibus auctioribus faciles ad scandendū orientis se populis præbenti utilem sibi arboremque inductis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte : Palmæ arboris caudex totus scaber est, & asper densis squamis, per gradus dispositis & extantibus. Pollices vocat acutiores Plinius : Ita enim scribendum, pollicibus auctioribus. Vel certè, auctioribus, id est grandioribus. Nam auctiorem Plinius, Florus, Solinus pro ampliori ponunt & majori. Pollux : ἡξάς & φοίνιξ ἐγένετο ὥντας, τρεχός. Propter illam corticis asperitatem & eminentes squamarum pollices, faciles ad scandendum erant palmæ. E contra Indicæ palme, quia leves sunt, difficiles admodum scandendo se præbent. Idcirco incisuris per corticem in orbem factis, & laqueis ad pedes aptatis eas scandunt indigenæ. Sequitur in verbis Plinij : faciles, ad scandendum orientis se populis præbent utilem sibi arboremque inductis circulum mira pernicitate cum homine subeunte. Ita veteres libri : scriptum fuit, arboreaque pro arborique. Inde corruptum à Librarijs : arboreumque. Totum locum sic scribo : Faciles ad scandendum orientis se populis præbent, utilem sibi arborique inductis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte : Præter illam facilitatem, quam præbet scandentibus palmæ caudex ex illis unguibus squamatis per corticem dispositis gradatin, circulum etiam pedibus inducunt homines illi, qui eas scandunt, non tantum sibi utilem, sed arbori. Quod cum fecerunt, tum mira pernicitate subeunt. Inductis circulu, ut soleam inductus, & Apulio : pedes soleis palmeis inductus. De circulo quem pedibus inducunt, qui palmas arbores scandunt, omnino accipendum. Et veram a usum Plinij præstare lectionem. Cetera non presto. Vereor quippe ne palmas Indicas cum Iudaicis & Egyptijs confundat. Ita asperæ squamis gradatis densisque, ideo faciles scandioni. Nam gradus velutidi dispositos habent. Quid igitur*

Palmæ arbor cum folijs, & ramo ad vivum expressa.



opus circulo inducto pedibus ? ille contra tote levèt, & propterea admodum ardui & impediti ascensus. Quem ut expediunt, laqueos pedibus inducunt, & corticem incisuris asperant in circuitu. Indicæ palme meminit Plinius qui Indos ex ea vinum confidere tradit. Sed can ille non describit, nec quisquam veterum. Imo videntur putasse eandem cum Iudaica. Quod falsum. Certum quippe in tota India non nasci palmam dactyliferam, nec caryotiferam. Modus scandendi dactyliferas longè diversus ab eo, quo scandant cocciferas Indicas. Plinius nō discrevit. Hactenus clariss. Salmasius. Utrum Indicam palmam cocciferam noverint veteres, ex iis quæ libro quarto dicuntur, facile videbit lector. An Iudaica palma in India etiam crescat, Batavis cognitum arbitror. In Occidentali nasci, extra omnem est controversiam. Vide quæ de optimis palmis infra dicuntur. Nunc in Plinij lectione corrigenda occupati sumus; quem cum nobiliss. Salmasio veremur utramque confudisse palmam. Plinius, quæ de palmæ facie scribit, ut corrigi, legique debeant, hæreo. Vix video, nisi magna verborum accedat mutatio, quomodo restitui queant : interim salva meliori lectione sic totum hunc locum constituo. Veram si non attigerim, ignoscat benevolus lector, corruptissimus ut dixi locus, quique ut summi testantur viri, diverse admodum in MS. habetur codicibus. Et hæc causa cur majori audacia utar. Scipis ergo Plinius : Genera earum plura & prima fructem non excedentia; sterilem hunc (scilicet fruticem, vel hanc ex Antiquo cod. scil. palman) aliubi & ipsum fertilem, breveque ramorum orbe foliosam. Tectorij vitæ hic parietibus plerisque in locis præstat cōtra aspergines. Sunt è procerioribus sylvæ ingentes arbore ipsa ex ramorum initio fructificante, folijs pectinatim compositis, quæ sylvestres intelligi necesse est. Incesta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticem pollicibus auctioribus faciles se ad scandendū Orientis populis præbent, utiles (scil. cortices) sibi arborique, indumento exuto, mira pernicitate eam homine subeunte. Coma omnis in cacumine. Scribo, sunt è procerioribus sylvæ ingentes, &c. Quod hujus lectionis, vestigia in antiquis codicibus reperiantur, ipsaq; arboris facies talis appareat, at ipse Plin. paulo infra scribat, Coma omnis in cacumine & pomum est.

Prima palmæ germinatio. Hac forma ex sui offisi parte, quæ rimæ opponitur, enasci solet palmæ germin, & primo in radicem descendere, mox sursum protrudere folium.



Os palmæ, in quo pars cava curtaq; ostendit.

Os palmæ, in quo pars gibba ostendit, ex qua nova generatur arbor.

Palma enim ex caudicis parte suprema, ubi ramorum initium, fructificat, foliaque habet ad instar pectinis fabricata, ut icon docet. Legò *incesta libidine*, ex antiquo codice. Plinius putavit, eum amorem illicitum, quam cum mitiori habuit sylvestris arbor. Restituo, *densis gradatisque corticum pollicibus anterioribus*, &c. Quod palmæ arbor talibus corticibus constet. Et quia gradatim pollices hi ascendunt, ideo facilem præbent ascensum. Solent & hodie Orientales, hoc modo scandere, palmas; qui ascensuri, tunicam sive superius exuunt vestimentum, & tum mira quadam celeritate ascendunt: adeo ut Batavi nostri, qui sati sunt celeres, eos maximopere mirentur. Idcirco scripsi, *Indumento exuto, pro induvjs circulum*, licet alij malint (quorum lectionem non rejicio) usilem sibi, *arborique circumducto circulo*; quod Indi cocciferam palmam ascensuri, circulum ex funibus arbori alligent. Vide cocciferæ palmæ iconem lib. iv. Nam præter illam facilitatem quam præbet scandentibus palmæ caudex, ex illis unguibus squamat per corticem gradatim dispositis, circulum etiam pedibus inducunt, qui eas scandunt, non tantum sibi utilem, sed etiam arbori, quam circulo tali facta mira perniciitate subeunt. Sed malo priorem lectionem; ne videatur Plinius confundere utramque palmam dactyliferam & cocciferam. Ad dactyliferæ ascensione propter cortices squammatos nullis opus circulis. Contra ad ascensum cocciferæ, quod iis caret, opus circulis, è funibus ad illud contextis. Certum, hodie Indos solere palmas nudos ascendere. Sed quorsum, per Orientem populum Indos intelligimus, cū per Orientes, Arabes, Babylonij, aliquae adiacentes non raro intelligentur populi; ipsa etiam Iudea in Orientem sita. Sed hi nudi non degabant. Fateor. Sed arborem ascensuri exterius exuebant vestimentū, quod indumentum dicebatur, ipsisque in ascensu impedimento esse solebat. Togas vel togæ similes vestes exteriore gestabat veteres Iudei, Arabesque. Sequitur apud Plin. *Coma omnis in cacumine & pomum est, non inter folia, ut in ceteris, sed suis interramis palmitibus racemosum; utraq; naturæ atque pomii.* Vide lib. i de caus. cap. xxiv. O' v' φίλος δέ τι εἴρω ή νέων, ἀλλά τι κυριών αετού, &c. Pergit Plin. *Folia cultrato mucrone lateribusque in se bifidatis, bellæ primum demonstrare gemmas: nunc ad funes vitiliumque nexus, & capite levia umbracula finduntur.* Corrigunt viri magni, *Lateribusque inter se bifidatis, bullas cum primum demonstrare gemma: nunc ad funes, &c.* Malunt alij, *Novellas (sive tenellas) cum primum demonstrare gemmas.* Quod præ altera probo lectione.

H' *φορια.*) Optimè, & ex arte describit palmæ sationem, quæ ipsa recentiorum experientia confirmatur. Seruntur non injuncto spectaculo, & naturæ ostento dactylorum tria officula, unaq; juncta panguntur. Tres inde oriuntur exiles stipites, sed in unum conflati, foliorum tamen pusillorum, & harundinaceorum trina pullulatione distincti; ita tamen ut in unū caudicem primo ortu promiscuo coire videantur. Quod si bina officula juncta seminaveris, uti jubar Theophrastus, bina folia prodibunt, sin quatuor, rotidem; sin unum, uti anno 163. feci, unum folium emitte, quemadmodum pictura ad vivum expressa ostendit. Sed præstat plura simul serantur, quoniam infirma singulis planta est. Illud observavi; solam palmam unico folio ex osse prodire, cum reliqua omnes plantæ, bina primo ortu folia è semine producant. Plinius lib. xiii. cap. iv. Seritur autem primum, & bina juxta composita s. mina, superque totidem, quoniā infirma singulis planta est, quaterna coalescunt: multis candidisque, lignum hoc à carnibus discernitur tuniciis, alijs, corpori adhaerentibus: laxèque distans tantum cacumini filo adhaeret. Alia de palmæ satione præcepta docet Geponicus auctor Catilianus Baffus lib. x. cap. iv. O' γενέσιον βαθεῖαι πολὺς οὐκού, καὶ πλάτες τῆς αὐτοῦ, οὐκ εἰ πλαίσιον, πληγματού μετὰ πότερον αἰρετού, (in MS. melius, μετὰ πότερον μεταγένεσις δεῖται αἰρετού.) διπλοτὸν ἡμιπτυχιαν (male ἡμιπτυχιαν in editis) βαθεῖαι, πέπισσον τῆς χάριματος τῆς βαλδαίας τὴν πολὺν αρχαντίαν τοῦτο γένος. τὸ δὲ οὖν τοῦτο τοῦ Αἰγαίου, ἐπιχώνιον γένος μετὰ πότερον αἰρετού μεταγένεσις αἰρετού, (in MS. legitur τὸ δὲ οὖν τὸ πολύτονος τοῦτο Αἰγαίου ἐπιχώνιον, γένος μετὰ πότερον αἰρετού μεταγένεσις αἰρετού, γένος μεταγένεσις.) Vide quæ infra

Theoph. dicit; sequitur) η̄ ἔρδος η̄ μέρας τοῦ ἀνθετοῦ ποτε μεταφυσικοῦ, ποτε η̄ εἰτι χαρᾶς εἰών. η̄ ἔπιδη τῇ ἀλμυρᾷ γῆς χαρᾷ, χρή κατ' αὐτοῦ τοῦ πεπονόστειν τῇ αὐτοῦ πεπονίᾳ. οὕτω γέ τοχοῖς μεταλοὶ ἐστοτι. οὔποτε τὸ η̄ εὐπλαστεστερού τοῦ η̄ γῆς, αὐτὸν τοῦ φοινικῶν σεβὴ σπεριονιστήν οὐ τῇ γῇ, αὐτὸν τοῦ πυρίνων, οὐ τοῦ μεταφυτεύειν. Scrobem cubitorum duorum profunditate, eademque latitudine, aut etiam ampliore, aggere terræ cum caprino stercore explegebū, semicubitali profunditate relictā, deinde in medio aggere glandis palma nucleus terræ implantabis, ita ut acies ipsius versus orientē spectet, obruesque terrācum stercore & sale admixto, & quotidie rigabis donec germen emittat. Quidam igitur hoc ipsum transplantant, quidam in loco finunt, & quandoquidem salsa terra gaudet, singulis annis circumfodere oportet, & salem adjicere, sic enim cito magnæscent. Floridores autem evident, fece vini veteris rigatae, ossa vero palmarum non statim in terra ponenda sunt, sed in regule fundo, & sic transplantanda. Doctiss. Coltae tradit, ossa vino macerata, citius provenire. Malunt alij madescat biduo puerorū urina, aut salsa aqua, aut dulci sale permixta. Elige palmulas majores, pinguiores, non cariosas, non siccias, aut in rugas contractas, sed quæ conspicuo succini colore micant: ossa terræ mandato Martio, Apriliq; mensibus. Πέδος αἰρετού, yult spectare Leontinus os dactyli. Interples, sursum, vertit. Malo oriente. Nam ex supra parte ossis non erumpit germen, sed media; uti tabella ad vivum expressa, exprimit.

Kai x̄gr̄.) Locus hic ut rectè intelligatur, diligenter & acurata ossis descriptione opus est. Palmæ os verè osseum, marmoris fragmenta fractum imitatur: ejusdem duritiæ & colorè, cū duritia & colore cornuum mistam gerit; cultello in binas partes dividi potest, sed malleolo percutere cultellum oportet. Oblongum est, sed non æqualiter teres. A lateribus enim convolvitur in sinum. Ex altera parte ubi venter est, canaliculi vestigia tenuia atque obscura, pertinent ab ino ad summum. Paulo infra medium ejus canaliculi, umbilicus est; at quasi ocellus quidam (uti pictura ostendit) sub quo & à quo introrsum tendit tubus cum pellicula, atque intus mucro, qui germen, ut vocant, est. Nulla intus cavitas, ut in oliva; sed ipsi corpus osseum, est semen, quemadmodum castaneæ caro, & in corpore mucro ille genitalis ad umbilicum. Falsum est quod Plinius scribit; *Cæsum à dorso pulvinata fissura, & in alvo medio umbilicatum, unde primum spargitur radix.* Ex parte contraria, ubi fissura hæc minus conspicua, germen prodit. Legunt x̄pt̄. male. Hesych. Κορτος τὸ κυριακόν, οὐ τὸ ιψηλὸν ε μετιωγγι κομα. Κορτος, propriæ curtum, & altum, sublime, tumidum, elatum κομα. Κορτα varias habet significationes, quandoque undam, fœtū, germen significat. Vide cap. ix. lib. ii. certe germen palmæ, ex τὸ δέ, parte superiori erumpit. Negat Theophrastus, ει τὸ κατιανὸν η̄ κυριακόν. Crispini Lexicon, κορτος exponit, gibbosum, curvum, rotundum, altum, quale superior dactyli ossis pars, ex qua germen: contra inferior in qua pulvinata fissura, depressa, neutquam gibbosa, alta, rotunda. Malè igitur κορτος, scribunt. In Ald. & Bas. editione κορτος legitur. Hesych. καλος, ισοβολης. mutilus, vitiatus, decurtatus. Pars in qua pulvinata fissura, talis videtur, præcipue circa aciem utramque. Doctissimus Gaza cum non observasset, circa aciem os dactyli videri mutilum, κορτος corredit. Nempe unam litteram negligentia exscribentis omissem cogitavit. Non arridet Doctiss. Gaza correctio eruditissimis viris. Theophr. lib. i. cap. xvii. οὐδεμιαν κορτον ταχειαν, nullam cavitatem habere, scripsit. Faremur quidē, & affirmus simul nullā cavitatem in palmæ officulo conspicu; non tamen displicet Theodori correctio. Insima pars hepatis Græcis κοριαν vocatur, nō quod cavum sit hepatis (negant cavitatem in hepate anatomici) sed quod pars haec respectu gibbosæ, quam κορτον vocant, cava sit. Sic vola manus, cava dicitur, quod superior pars manus rotunda, & elatior videatur. Τὸ δὲ μεταξὺ διατρεπτον, η̄ τοῦ ποδον, η̄ τοῦ ποδον, καὶ τοῦ ποδον. Sic etiam τὸ κοριαν ποδον, pars pedis inferior. Palmæ os, superiore parte, ex qua germen rotundum, non nihil elatum. Hujus respectu inferior pars cava, κοριαν dicitur, quod optimè & doctè observavit Gaza. Υψηλος & πυργος opponitur κοριαν: altū & gibbosum cava. Lego ergo κοριαν, quomodo apud Aldum, vel κοριαν quomodo Gaza. Cave κοριαν legas. ει τὸ κοριαν five αὐτον germen.

Tὸ δέ,) Non intelligit, aciem ossis palmæ, sed partem rotundam, elatam, in qua umbilicus, sive ocellus,

ocellus, ex quo germen. Cæterum hac forma ex sui ossis parte, quæ rimæ opponitur, enasci solet palmæ gerinen, & primo in radicem descendere, mox sursum quoque unicum folium producere. In palmae pullulatione hæc, quæ in cæteris nō observantur, notanda; quod non ex fissura, sed opposita parte, ex ocello germen emittat; quod unico & singulari prodeat folio, cū plantæ reliquæ duobus prodeant. Quod os initio durissimum in terra ita emolliatur, ut decor ticari queat, & auferri ab interiori medulla cartilaginea. (Liceat ita loqui lector: scio totum osseum esse, verum aliud nomen, quo mentem meam exprimam, non occurrit.) E terra exemptū, demum eandem osseam acquirit duritatem, reliquarum autem plantarum semen perit, pristinamque nunquam ac quirit soliditatem.

Φίλιοι οἱ.) Recte Theodorus ἀμετέλη εἰ διέκανε. Cass.
Bassus lib. II. ca. I.X. Δῆλος εἰσιν ὅπ τινα σάλμους γεγονότα
λίγουσιν, τοὺς πάντας αὐτοπτήδεις ἔχουσιν, παλαιὸν τὸν Φοινίκαν (καθεώς) εἶναι καλλίστος οὐ πολυκρετετος φίρει. Μηδὲ τούτον γένος εἰ τοῖς ημετέροις το-
ποῖς μεν Θεῷ φοίνικαν εὐκαρπεῖ, ἐπειδὴ παρεῖται οὐτοὶ σάλμυράδεις εἰστι. Καὶ
ἔστι τῇ σάλμυρᾳ γεγονότι φοίνικας μόνος καθεύπετεύει, οὐ θάλασσας πειθαρίας οὐτε
τὸ θειακόν θεοποιόντος. Αὐτοτε τοπεῖται γεγονότιν τὰ μέρη τῶν γλυκωνικῶν
γῆς. Manifestum est quod salsa terram improbent, ad omnia
inceptam preterquam palmae fructus, quos optimos & fertili-
lissimos producit. Propter hoc enim & in nostris locis sola
palma fertilitate præstat; quandoquidem omnes bi-sal-su-
ginosus existunt. Quare in salsa terra palmas plantare oportet,
aut vitare, aut quantum possibile est curare, salsa stercoreis
usum ad terræ dulcis mixturam. Plinius lib. XIV. cap. IV.
Gignitur levius sabulosaque terra, majore in parte & nitroso.
Πιθανότερον.) Male in Ald. & Bas. οὐ πλάστενον obdu-
cunt. Plinius loco citato: Diximus salsum ab his solum
diligi, ergo ubi non est tale, salem aspergunt: non radicibus,
sed longius paulo. Geponicas auctor lib. x. cap. IV.
Εἴσειν τῇ σάλμυρᾳ γεγονότιν καὶ σάλμυράς οὐ πειθαρίας οὐτε
τοπεῖται. Quandoquidem salsa gaudet terra, singulis annis
circumfodere oportet, & salem adjicere.

μητρὸν τοῦ πατρὸς τῆς θελάθτης ζεχόντης ἡρῷον. Sc. Porro duos montes qui Syriam cavad includunt, aequalibus verbis inter se distiti spatij, Libanus & Antilibanus, paulo supra mare incipientes. In hac Syria cava Hiericho sita est, ibique Iudeos plurimas, sive tributum habuisse extra dubium puto. Hanc Iudeas partem falsuginosam fuisse ex Scriptura fortassis colligi potest. Nec enim clarè hoc dicit. Libro iv. Reg. cap. xx. legitur: *Dixerunt quoque viri civitatis Hierothuntes ad Eliseum, ecce habitatio hujus civitatis optima est, sicut tu ipse Domine prospicis, sed aquæ pessimæ sunt, terra sterilis.* At, ait ille, *adferre vas novum, & mittite in illud sal. Quod cum attulisset, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus, sanavi aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas.* Verisimile admodum tellurem hanc, in hujus rei memoriam, falsidinis non nihil retinuisse. Cæterum lege ἀποδέσθαι τὴν ἀποδέσιν, quod Plinius loco citato scribat, Servantur hi demum quinascentur in falsis atque fabulosis, ut in Iudea ac Cyrenaica Africa, non item in Ægypto, Cypro, Syria & Seleucia Assyria. Quoniam obrem sues & reliqua animalia ex his signantur.

Θεοφραστοῦ.) Duo, inquit, esse palmarum genera, natura valde diversa. Unum quod servari potest, vulgo καρπωτὸν. Alterum quod condi servarique non potest, κυδαῖον, id est plebejum, vile, abjectum. Suidas κυδαῖον ιυνῆλος, παραπλήθης. Sic Strabo lib. xvii. duo palmarum in Thebaide nascentium constituit genera: Διπλός ἀλλ' εἰς ὅτε τὸ τῆς Θεοφραστοῦ, καὶ ἐπειδὴν, ἔτει μὲν τοῦ, ἐπειδὴν καρπωτός. In Thebaide & Iudea duplex est palma, Caryota scilicet & altera plebeja vulgaris. Eodem modo duo palmarum genera tradit Strabo; τὸ διπλεκτόν, quod & καρπωτός vocabant, præcipue magnitudinis, nec non durationis, & vulgare quo sues laganabantur, quodque recens commedebarunt, & ex quo vinum, quod durare non posset tiebat. Dioscorides lib. v. cap. iv. Φοίνικας λαβὼν φοίνικας τὰς κύδας τε μητίγεις. Palmeum vimnum ut conficias, palmulas quas Chydæas quasi vulgares vocant, easque maturas accipe. Plinius lib. xiv. cap. xvi. Primumque e palmis quo Parthi & Indi utuntur, ut Oriens totus, maturorum (in optimo cod. Salmant. teste Pintiano mittearum). Lege cum eodem mitiorum) quas vocant Chydæos modio in aquæ congijis tribus macerato expresoque. Idem Plinius lib. xiiii. cap. iv. Nam quos ex his honori Deorum damus, Chydæos appellavit, Iudea gens contumelia numinum insignis. Quid velit non capio. Ira, & odium in Iudeos eo ulque abripuerunt Plinium, ut quid ageret, ac scriberet, ignoraret. Honori nedeorum damus viles, abjectas, & quæ durare nequeunt palmas? Quod optimum in suo genere est, honori Deorum tribuit antiquitas. Vox κυδαῖος γρæca est, non Hebræa, aut Chaldæa, qua lingua tum temporis utebantur Iudei. A Iudeis ergo nomen hoc non inditum κυδαῖος φοίνιξ vilis, ut dixi, plebeia. Idem Plinius eodem hoc capite: Thebaidis fructus exemplo in cados conditur, cum suis ardoris animazis ita fiat celeriter exspirat: marcebitque non retrostus furnis. E reliquo genere plebeiae videntur? Plebeiae viles κυδαῖοι, optimæ illæ servabantur, plebeiae æratem non serebant. Plebeiae, quæ servari, condicione non poterant, in Ægypto & Cypro proveniebant. In antiquissimo Veneto codice scribitur; ideo appellavit Iudea. Omnino scribendum id est. Quod sibi servarent, nec ad alios optimum genus palmarum evehere permittent. id est vocarunt Iudei hellenistæ, qui Romæ agebant temporibus Plinij, vel auctoris ex quo hæc Plinius hauxit. Cariotas intelligit optimas, quæ Xenophontis tempore in Græciam non serebantur, ut infra dicam. Vide inferius verba Theophrasti, Θεοφραστοῦ διάλογος μέρος οὐαδεῖας.

Xλωσθ.). Interpretantur, *virides*. Verte, recentes; opponuntur enim fccis. Galenus lib. II. de alimento-
rum facult. Α' τὸν τῇ φύσει εἰπόμενον οἱ κλασθὶ φοίνικες, ὁ περ
τὴ τὰ σῦκα, τὸ δέ τοι τὸ ἀγαλοχίαν ἔχει, τὰ σῦκα τοι; τὰς ιχαδάς,
τοι οἱ κλασθὶ φοίνικες τοι; τοις αἷς. Quin & palmae recentes,
quādēcim habent ad alias palmas (ficcias) proportionem,
quādēcim sūcius (recentes) ad caricas, id est aridas & exsiccatas.
Sic Dioscorides lib. I. cap. ccccvi. Τὰ κρεπίδια κλασθὶ op-
ponit ἔργοις. Ita κλασθὶ τυρός, recens caseus & inollis, ἔργος
durus & fccius, κλασθὶ καβοτός. Athenaeo lib. v. recentes
globij. Homer. Ilad. δι Μίλι κλαρόν αὐτὶ τῷ πέρισσοισι πο-
σιτ. Hesych. κλασθὶ τυρός, απόιον κλασθὶς, αἴρης. Interdū
tamen & Latini vocem *viride*, pro recenti utuntur.
ligna enim recentia, flores, plātas recentes vocarūt.

Ligna viridia, plantas, flores virides quae nondum aruerunt. Plin. lib. xxxii. r. cap. vi. Cydoniorum flos viridis & siccus. Præstat tamen τὸ χλωρόν, recens interpretari, quod viride, hoc significatur, rarius apud Latinos occurrat; tum etiam ne qui ignorant, quod viride pro recenti sumatur, fallantur. Cæterum χλωρόν φοίνικα, apud Theophrastum recentem palmam esse, ex eo patet, quod φοίνικας χλωρός, dulces palmas, immaturas non χλωρός, sed οὔπος vocet. Sic infra, εἰς Κύπρον ἔδοιτο φοίνικας ἐν τῷ πεπάντει τῷ παρθενῷ, ἀλλὰ οὐ οὔπος ὁ θεόδοχος, ἐν γυναικών, οὐφοίνικας οὐφοίνικας. Idem lib. iv. cap. v. hist. δοπτηρίσθε τοις κορυδάρεσσι φοίνικας τοῦ αἵματος. Virides vertit Plinius lib. xiiii. cap. iv. circa finem. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt.

(Φίγει οὖτος μόνος ἡ γένος ἀνθελλοντας καρπούς.) Plin. lib. xiiii. cap. iv. In Cypro vero, Syria, & Egypto quadrima, aliae quinquennes, altitudine hominis, nullo intus pomi ligno quamdui sunt novellæ, ob id spadonum accepto nomine. Supra annotavimus Plin. lib. xxiiii. cap. v. scribere; Palma qua fert myrobalanum, probatissima in Egypto, ossa non habet reliquarum modo in balanis. Falsissimum est Egyptias palmas ossa carere. Voluit scribere, palma immatura myrobalano similis, in Egypto probatissima, ossa non habet reliquarum modo in balanis. Sic enim lib. xiiii. cap. iv. Verisque autem prima nascitur pomi caro: postea lignum intus, hoc est semen ejus: argumentum quod parvæ sine hoc reperiantur in eodem palmitæ. Vult immaturas, quæ myrobalano similes sunt, ossa carere. Paulo clarius hæc si scripsisset, non peccasset. Theophrastus de omnibus palmæ arboribus generatim scribit, nullum in balanis os habere, quamdui sunt novellæ. Plinius speciatim hic dicit, Syriacam, Cypriam & Egyptiam palmam, nullum os, vel, ut loqui solet, lignum habere in balanis; quamdui novellæ sunt. Theoph. ut dixi, loquitur de palmis in genere, nec id hoc facit iis quæ nascuntur in Egypto, Syria, Cypro. Constat tamen ex eodem Theophrasto palmæ quoddam genus reperiiri, quod os non habet in balano, sed an in Egypto, an alibi nascatur, non tradit. Plinius, ut vulgati codices habent, Egyptiam palmam os, intus habere negat male. Tradit Athenæus lib. xiv. ex auctoritate Aristoteles (apud Aristotelem tale nihil hodie quod sciam, reperitur) palmæ genus quoddam ἀνηρεύοντα vocari. οὐδὲ Αἰστοτέλες εἰ τοις οὐτοῖς στατοῖς φοίνικας ἀρρόχοτος, οὐδὲ ινούχος, οὐδὲ ἀνηρεύοντας. Aristoteles libro de plantis sic etiam φοίνικας appellat: Palmas, inquit, nonnullas tanquam testibus carentes ἀνηρεύοντας vocant, quidam ινούχος, castratas, alij ἀνηρεύοντας nucleorum carentes. Hæc de palma arbore intelligenda, non de fructu, ut vir doctiss. opinatur. Omnis palmæ fructus recens natus ἀνηρεύοντα. Ineptus Aristoteles foret, si diversum genus faceret, maturam & immaturam palmam. Satis clarè Theophrastus paulo infra alias ἀνηρεύοντας, alias μητρώας ιχεῖς scribit. Nec de novella arbore loquitur Aristoteles, sed de adulta, quod ex Theophrasto appetet, qui palmas arbores reperiiri scribit quibus os nullum intus est.

(Ἐπίγνωσις.) Plinius loco citato: Gaudet & riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sicutienti. A simo etiam quidam ledi putant, & Assyriorum pars aliqua si non rivis misceatur. Corrupta hæc videntur. Lege, Gaudet & riguis, totoque anno bibere, quin etiam non sicutienti (hoc est, etiam si annus sit pluvius, gaudet tamen rigari. Favet huic lectioni Theophr. palmas scribens magis gaudere in licibus, quam pluvios) A simo quidam etiam ledi putant, si non rivis admisceatur. Cæterá falso inserta esse ex Theophrasto patet. Vide infra *vulneratio*.

Nisi οὐδὲ φοίνικας.) Hunc locum sic vertit Plinius: Nec ferro attingunt ibi novellas: sed religant comas, ut in altitudinem excent. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes trunco, qui decisi alibi necant matrem. Videlur legisse Plinius, non ut in vulgaribus codicibus scriptum est, οὐτοτετραδές θόντες οὐτούχοις ιχεῖς. Cum robustior extiterit, & crassior factus sit: sed οὐτούχοις ιχεῖς, ut crassitudinem accipiat. Non dicit Theophrastus, ramos gratia crassitudinis deputari, ut crassiores fiant, sed tum demum cum crassiores facti sunt. Σπιρύλλων semipedem transtulit, quem duodecim sit digitorum mensura, ut supra docuimus.

Ibn οὐτούχοις φοίνικας.) Dioscorid. cap. de palma. Tria palmarum genera recenset Egyptum, Caryoticum, Thebaicum. Tria etiam summa genera videtur Plinius constituere, lib. xvi. cap. xxviii. ubi de succis fructuum agit; Carne, inquit, palme placent, crusta

Thebaica, succo uvae & Caryotæ? Quæri solet utrum Egyptia palma præferenda reliquis. Sic nonnullis videtur, idque quia Dioscorides de ea primo loco egit. Mos enim ipsi, de planta, in suo genere præstantissima, primo loco agere; uti ultimo, de vilissima, Accedit quod Varro apud Gellium lib. vii. cap. xvi. cæteris præferat Egyptiam, in ea nempe Satyra, quam οὐτούχοις incripsit, Pelanus Chalcedonia, muræna Tarentia, aselli Pessinunti, ostrea Tarentina, petunculus Chius, elops Rhodus, scari Cilices, nuces Thasie, palma Egyptia, glans Iberica. Contra Strabo lib. xvii. palmas per totam Egyptum degeneres, ac vix edules, inquit, iis solum exceptis, quæ in Thebaide nascuntur. Καὶ οὐλιοὶ τοῦ Αἴγυπτου τοῦ φοίνικος οὐτούχοις οὐτούχοις εὐφίεστοι παρθενοὶ τοῦ θεραπευτοῦ, οὐ τοῖς οὐτούχοις τοῦ Διόλετού τοποῖς, οὐτούχοις τοῦ Αἰγαίου θεραπευτοῦ, οὐ τοῦ Θεού τοῦ φοίνικος οὐτούχοις παρθενοὶ καλύπται οὐρανοῖς τοῦ θεού τοῦ φοίνικος οὐτούχοις τοῦ Διόλετού Αἰγαίου θεραπευτοῦ ποστέντων φεγγάρισιν. Veritas. Cum in tota Egypto palma steriles sit, vel fructu adferat ejus non aptum, & in locis apud Deltam & Alexandria; tamen in Thebaide palma optima est. Quare admiratione dignum est, quomodo qui eandem plagam habitant, quam Iudei, & iys finitimi, qui, inquam, circa Deltam sunt, & Alexandria, tantum ab illa differant. Cogitandum erat, non tantum cœlum, sed etiam solum, multum conserre. Palmæ optimæ in arenosa & salugino sa terra. Talis in Thebaide, & locis nonnullis Iudeæ. Non mirum ergo, si reliquis præferantur. Conciliandus Strabo cum Dioscoride. Ad argumentum ex Dioscoride allatum, respondeo; Dioscoridem non semper de præstantissimo in suo genere, primo loco agere. Lib. i. cap. xix. castiam gizir optimam dicit testatur idem Gal. Priori tamen loco de daphnite egit. ergo argumentum allatum nullius valoris. Sed aliter etiam respondeo. Dioscorides palmam Egyptiam præfert, non quod ori gratissima, sed quod morbis medendis maximè sit idonea. Contra Strabo non de palma egit, quæ morbis ex fluxione, laxitate, aut solutione natis maximè conducit, sed quæ palato sapit. Quod ad Varronem attinet; dicendum non laudari, ab eo simpliciter Egyptiam, sed Egyptiam in Thebaide natam, ubi optimam nasci Strabo tradit. Thebaice dicuntur, quod frequenter circa Thebas nascuntur. Qum autem Thebarum nomine plures fuerint insignitæ urbes, inter quas due, in quarum agris palmæ nascuntur: quæstio est, an Iudaicas an Egyptias intelligent veteres. Nodus hic vix solvi potest. Ego, salvo meliori judicio, Egyptias intelligere puto Galenum, Dioscoridem & Plinium. Hanc Strabo inter Egyptiam, & Thebaicam & Caryotam facit differentiam: quod eæ, quæ per totam nascuntur Egyptum, propter validam adstrictionem, non usque adeo sint gratae; quæ vero in Thebaide nascuntur, ut & Caryota, palato sapient. Sed in eo, ait, Caryota à Thebaica differt, quod hæc crusta sicciore sit, Caryota carne magis placat. Σπιρύλλων οὐτούχοις οὐτούχοις. Durior Thebaica quam Iudaica, sed gustu gravior. Hoc est quod Plinius dixit, crusta Thebaica placent. Idem Plin. in totum arentes Thebaicæ atque Arabicæ (excellentiss. Salmasius legit Thebaicæ atque Arabicæ) macroque corpore exiles, & a siduo vapore torrentes, crustam verius quam cutem obdunt. Non tamen puto diversi generis ab alijs palmis Thebaicas esse, ut etiam clariss. sentit Salmasius; sed pro soli ratione in qua nascuntur, aliquid peculiare habere. Ipsæ quippe & Arabicæ, quod in regione calidissima proveniunt, a siduo torrente vaseo retorridæ sunt, & arentes, minusque carnis habent quam reliquæ, crustamq; pro parte gerunt. Ideo Plinius dixit, eas crusta placere, cum reliqua carne commendentur. Male viri docti officinarum Tamarindos, Thebaicas palmulas statuunt. Multum pulpa hæc, à sapore palmarum differt, arbor toto genere, ac facie diversa: nec suaviores tamarindi vulgaris Egyptiis, sed acidiores: fructum in super tamarindus in filiqa fert, nullum palmæ genus filiquam profert. De tamarindo fortassis acturus sum cap. de ceratonia, sive filiqa. De Caryota palma inferius agam, ubi de Babyloniam nobis erit sermo.

Αἴρετων Πlinius: Arboribus, immo potius omnibus quæ terra gignat, herbisque etiam, utrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit dixisse hoo in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. Mas in palmita floret, famina citra florē germinat tantum spinæmodo.

Hac

tenerum ac novū palmæ termitem qui fructum fert
σπάθην vocat. Pollux lib. I. cap. ult. Εἴς οὐ κείμενην εἰ
βάλανον απέδην. Unde dependet fructus spathe. Plinius lib.
xvi. cap. xxvi. Palma sola in spathis fructum habet, rache-
mis propendente. Herodotus σπάθην non pro tenero
ramulo, & quo fructus dependent, sed pro ramo crassi-
ori, ac firmiori posuit. Τέλα δὲ τοῖχος εἰ φοίνικας σπάθης
πεποιημένη μάκρη περιστήκεια τὸν ἀλαστόν. Tela confecta ex
palmæ spathe habebant longa, quatuor pedibus non minora.
Hujusmodi tela nec ex involucro fructus florisque
palmæ, nec ex tenero confici queunt. Quare σπάθη
Herodoto, crassior & firmior ramus dicitur. Hæc vul-
gata opinio. Vidi ramum ex quo fructus depende-
bat, & repperi aptum fatus ad sagittam efforman-
dum, durum quippe fatus & validum. Herodoto ergo
σπάθη palmes.

Palmarum fructus, & flores Elate.

Spatha.



Dioscoridi σπάθη est involucrum fructus palmæ, cum
primum florere incipit. lib. I. cap. cl. Φοίνικας λέγει εἰδά-
τλος, ή σπάθην καλεῖσθαι. Σπαθηναὶ εἰν τῷ παρπάντῳ τῷ φοίνικα-
ντιλούσθων. Σπάθη δὲ αὐτὸν οἱ μυρικοὶ οἱ μύριοι σύνθεις.
Palma quam nonnulli elaten, aut spatham appellant, fructus
palmarum adhuc florentium involucrum est, eo unguentarij
in unguentorum spissamenta utuntur. Antiqui Græci to-
tas sæpe arbores, & earum partes, iisdem appellatio-
nibus indicarunt, quod privatum locum habet in pal-
ma. Pollux lib. I. Ταῦρος τοι φοίνικας καὶ οὐκαὶ φοίνικας
φοίνικας καλεῖται, ηδὲ φοίνικας φοίνικας. Palma palmeque ra-
mus equivoce palma vocantur. Hoc secutus Dioscorides
spathen palmæ partem, vocavit palmam, & ne quem
totius nominis appellatio falleret, adjecit λέγει εἰδά-
τλος. Εἶλατην νότον plura denotat. Theophrastus εἰδάτλος
abietem vocat. Idem fecere alij; vide cap. de abiete.
Galeno lib. viii. cap. i. εἰδάτλος est tenerum palmæ ger-
men; Οὐ δέ καλέσσονται εἰδάτλον εἰδάτλησμα τοῦ φοίνικα.
Quod elaten vocant tenerum illud palma germen. Hesych.
Εἶλατην δέ αὐτὸν εἰδάτλον ἡφαίστη, καὶ πόλις τῆς Φοινίκης, με-
γίστη ἐν τῷ φοίνικας τῷ παρπάντῳ εἴρηται. Elate ipsa arbor ex qua
manubrium remi, gladiisque, maxima quedam urbs Phocidis,
primusque palmæ fructus germen. Involucrum quo flos

& fructus teguntur apud Galen. Archigenes lib. ii.
ηγ. πλ. τόπος cap. xx. Σπάθην vocat. εἴτε μήτε οὐτε φοίνικας
φραστεῖσθαι βετανὴν σιφεδηνην καλεῖσθαι, καὶ φοίνικας ἀρίστον εργάσιον.
Deinde paulo post philanthropo herba coronari jubet, & pal-
mula mascula cortice summo. Id est palmula fructus
integumento. Hesych. Σπάθην τὸ ιτανὸν τῷ φοίνικι φοίνι-
δες θραύρων. Σπάθην, vel ut apud Hesych. σπάθην, di-
minutiva forma, δὲ τὸν σπάθην, factum videtur. Σπάθην
pannus asperior à balneo deficcatis, detergendi-
que corporibus accommodus. Vox haec apud re-
centiores Græcos sæpe occurrit, Aetium ferm. xi. lib.
cap. xi. Trallianum, Myreptum, aliosque. Herocles
Hippiat. lib. I. Εἰσιχαράντης εἰς βαλανῖτον, καὶ ποιῶντας
ιδρῶν, μητραστον ἵδην ἔργον σπάθην. Ubi etiam hac
voce Latini. Marcellus Empiricus cap. v. Crasso sa-
bano diligenter excicabat. Apitius de re culinaria lib. &
cap. ii. Quum cocta fuerit, sabano calido involves gruem.
Apud Hesych. non σπάθην, sed σπάθην legitur. σπάθην
σπάθην καλεῖσθαι, operimenta & amicula. Ex lago
Latino factum videtur σπάθην. Ad similitudinem σπά-
θην velamenti à balneo, σπάθην operimentum palmu-
lae, diminutiva forma vocavit Archigenes. Αμφίστην
Galenus lib. viii. simpl. appellat, ubi male τοῦ οἴνου
ἀφίψην αὐτὸν legitur; quod diu ante nos viri eruditissimi
observarunt. Chymici Græcobarbari κανθάρην
vocarunt, & usi sunt hujus fumo ad dealbandum.
Zosimus Panopolitanus Chymicus, Η σπάθην φοίνικας
θεών εὐλογεις φοίνικας, κανθάρην τῇ φοίνικαν. Et paulo
post, οὐδὲ πάτην τῇ κανθάρην τῷ φοίνικαν πάντα λαζανῖα.
Porro teste Dioscoride fructus ipse, idem quoque
nomen habuit cum involucro, οὐ δέ φειχάρην οὐτε ιατρού
αὐτῆς καρπὸς. Ιατρού καλλιται, τὸν εἰναῖον οὐ βόρεον. Porro qui
sub ea fructus continetur, elate etiam appellatur, à nonnullis
borassus. In Aldino codice βάσης legitur. Utrumque
nescio quid sit; barbarum vocabulum videtur.
Doctiss. Salmas. transpositum videtur pro βάσης.
Arabicè besser, & basser, interpres Avisenæ busurum
vocat; ex Hebraico ρόβερ better, quod uvam acerbam
& immaturam significat. Arabes ita vocarunt palmulam
nondū maturam. Quod si ipsum involucrum,
sic vocasset Dioscorides, pronum esset corrigeret
βάσης. Βασάρην nomen calceamenti cuiusdam ita
dicti οὐδὲ τὸ τῇ βάσει δογματικόν, quod incessui congruat,
ut tradit etymol. Sane habeo calceamenti quoddam
genus ex orientalibus regionibus, quod non male
refert palmæ involucrum. Hesych. βασάρην est tunicae
genus quod gestabant meretrices Thraciae. Βασάρης
χατᾶν διοιφεον αἱ Θερμηὶς Βάσικη. Fortè sic fructus
hic dictus, quod in tali involucro continetur; quod
non assero. Hæc annoveravi ut Galeni εἰδάτλον, à Diosco-
rides εἰδάτλον, & Dioscoridis σπάθην, à Theophrasto σπά-
θην aliud esse, intelligeret lector. Theophrasto ut
dixi spatha, palmes, quo palmæ involucrum con-
tinetur. Avulsum ē palma termitem, Græci σπάθην
vocarunt. Agellius: Spadix phœnicæ σωάνην, quales
sunt fructus palmæ arbores non admodum sole incoerti,
unde spadicis & phœnicæ nomen, Spadica enim Dorici vo-
cant, avulsum ē palma termitem cum fructu. Plutarch.
lib. viii. symp. quæst. iv. Περὶ τοῦ εἰδάτλου Θεοφίλος άριστα
ποὺν ἀπειποιει καλλίται τοῦ ιτανοῦ φοίνικα, η τῇ σπάθην οὐρανοῦ θητη.
Primus in Delo Theseus certamen iniens, avulsum ramum
sacrae palme, qui spadix dicitur. Pollux lib. vii. cap. xxx.
Ως δέ οὐ τῆς ἀμπελούς κλαδού κλίματα, Εἰ τῆς εἰδάτλου θητηδός, οὐτα
Εἰ τῆς φοίνικας σπάθην. Ut vitis ramulus palmes, olea thalia,
ita palme spadix. Rectè ergo Plinius σπάθην, palmitem
vertit. Propriè autem palmes in vite, à quo pendet
racemus. Ad hujus imitatiouem palmæ tenellum ra-
mulum, ex quo pendet involucrum, & in quo flos,
fructusque, palmitem vocavit Plinius. Apud Ioannem
Euangelistam cap. xi. legitur, Εἰδάτλον τῇ βασικῇ τῇ φοί-
νικᾳ, καὶ εἰδάτλον τοῦ εἰδάτλου αὐτῷ. Τὰ βασικά, exponit Hesych.
Vr̄gas βασικόν φαῖται φοίνικας. Verisimile fit termi-
tem cum flore fuisse: floret palma Martio mense,
quo ingressus Salvator noster Hierosolymam. Re-
peritur hæc vox I. Machab. cap. iii. Μετὰ εἰδάτλου καὶ
βασικού. Βασικόν φαῖται φοίνικας, quod non facile re-
velli possit, quod hæc arbor natura sursum nitatur
ad versus deprimentes manum. Ex loco Pollucis
supra citato constat, olea tenellum ramum θητὴν vo-
cari. Coronidis loco adjiciam, palmæ folium idem
habere nomen. Idem Pollux lib. I. cap. ult. Τὸ δέ
φύλλον θητὴς. Quod nomen apud Græcos barbaros ob-
tinet palmæ folium. Nicomedes Iatrosophist. in
Lexico, Θεοφίλον τὰ φύλλα τῇ φοίνικᾳ. Puto me hoc tractatu
dixisse

dixisse singularium palmæ arboris partium nomina. De fructus nomine vide cap. sequens. Quæ inter marem & feminam palmam differentia, hujus loci est demonstrare. Hoc docet auctor libelli de Plant. Arist. altab. lib. i. cap. vi. Διακρίνεται δὲ ὁ ἄρρενς πλεύτης τοῦ φύλα, ἀπὸ τοῦ θελός οὐκέπονος, ἀλλὰ τὸ δέσμοντος. Discernitur Mascula, à fœmella quia prius pullulant ejus folia, suntque minora quam illius, item è fragrantia discernuntur. Unum, alterumve in his verbis consideratione dignū; ac primum quod maris folium prius pullulare feribat; cum Plutarch. lib. viii. Symp. quæst. quarta: foliam palmam folia quam pertinacissimū retinere, nec ullo modo amittere scribat; cum cætera ἀειφύλα, novis subnascentibus, vetera amittant. Μόνος δὲ συντηχόντων τὸ καπνὸν πολὺν, οἷς ἀλλοῖς λεγόντοις, τὸ δέ τοῦ θελότον πεποδιφύλαντον τοῦτον τὸν φύλον, δύνεται εἶναι, οὐ τὸν παντούλον, εύτε ἀλλὰ ποτὲ μην φυτοεργοῦντα λεγομένων, οὐδέπου τοῖς τοῦ φύλλα Διδυτοῖς, ἀλλὰ τοῖς παρόπιστοις λεπτότεροις, τίτιον ἐπιβολεῖσθαι τοῖς πάσῃσι πόλεσι ἔργον αἱρεῖσθαι. Εἰ μέμειλετον, ὁ δὲ Φοίνιξ οὐδὲ δέποτε λέλλων αἴφει τοῖς φυσεῖσιν βιβάσιον αἴφυλλον ήστι. Οὐ ποτὲ δὴ τὸ κεράτον αὐτῷ μελισσαῖς τῆς νίκης τοῦ ιχνοῦ συνοικεῖσθαι. Hæc contaminata, ac valde corrupta, & sine sensu sunt, ἀπειρ τοῖς ἔργοισι αἱρεῖσθαι. Sensus verba Plutarchi, in hunc, vel limilem modum, legenda docet. Ἀπειρ αἱρεῖσθαι αἴφει τοῖς φυλλοῖς, ἀλλοὶ δὲ αἴφυλλοι ἔργα τοῖς φυλλοῖς Διδυτοῖς. Soli autem ferè huic verē id adest plantæ, quod tanquam verum de multis dicitur: nempe folia firma, & semper durantia habere. Nam neque laurum, neque oleam, neque myrtum, neque aliam ullam eorum stirpium, quæ folijs negantur spoliari, videmus ita semper folia servare eadem. Sed priora, alijs subnascentibus, desfluere, ut unum quodque animalis genus perpetuo, alio percurrente, alio nascente, durat. Palma vero nullum abjectum ē se natum folium, constanter folijs suis ornatur. Quam ejus vim victorie robori potissimum accommodant. Si constanter palma retineat folium, quomodo maris folium primum pullulare potest? Dicendum aucto-ri lib. de plantis hanc esse mentem; anrequam fœmina germinet, nova marem germina emittere; in quibus nova folia oriuntur veteribus omnibus, in antiquis germinibus, vel potius ramis retentis. Vult igitur celerius prodire masculæ germina, quæ fœminæ. Fœmellæ folia majora, masculæ minora, ait: major igitur succi copia in fœmella. Marem autem fragrantiorē dicit. Quod de tota arbore intelligi debet, nam mas, ut ait Theophrastus, floret, sed fructum non fert. Quod si de fructu intelligi debet, non parva orietur quæstio. Theophrastus enim lib. vi. de caus. cap. xxii. dulces fructus minus olere, ait. Quod tamen omni ex parte verum non videtur. Pepones enim quanto dulciores, tanto odoratores. Mala dulcia non minus fragrantia quam acida. Anisi, sonneulique semen dulcissimum; odore tamen præstant. De malo aurantio dulci, nihil dicam. Mel dulcissimum, suaveolens, præsertim Narbonnense. Sed video hanc disputationem, non esse hujus loci, historias, non causas indagat, hisce in Libris Theophrastus. Adeat ergo lector lib. de causis, ubi quædam pro Magistro, adversus adversariorum argumenta, adseruntur.

Nauanaios οὐδε.) In Ald. & Bas. scriptum est *aqua-*
naios. De hac voce supra agendum fuit: verum nescio
qua incuria illud neglectum sit. *Nauanaios*, vel ut in
Bas. legitur *auanaios*, vertunt *aquam scaturientem*.
auanaios Græcum non viderur. *Nauanaios*, ~~οὐδὲ τὸ~~ *vāua*
derivatur. Quod exponunt *laticem*, *undam*, *aqua rivum*.
Plerumque tamen de aquæ scaturiginibus & lati-
bus dicuntur, ut apud Moschum in Epitaphio Bionis.

Νέφεσσοι τοῖς Σικέλοις αὐγεῖτε τῆς Αρεθούσης.

Nunciate Siculis laticibus Arethusa.

Aristoteles de mundo, τὰ ὑδάτα καλεῖν ποταμούς οὐ γίγνεται, & Θεατρὸς μίθοι υπάρχει. Ubi rāquata iunt latices & lacurigines. Plato in Timaeo, Τόποι τὰ rāquata ἔχοντες. Atheneus lib. II. Απένεγκον τὸ rāquata. Suidas, Νάρα. ὕδωρ, πότης, τὸ οὐρανόπεπτον. Helych. Νάρατα. ὕδωρ, γέζη, πηγα
my aquæ, aquæ fluxus, aquæ humorisque affluentia, fontes. Non sit verisimile rāquata, scriplisse Theophrastum. Neque enim palmis singulis, singulos latices fontesque queas adhibere, è quibus aquæ scaturiant; nec locis humectis aquosisque gaudent palmae: sed nec ita legit Plinius lib. xiiii. cap. iv. Gander Grivis, totoque anno bibere, quin etiam non sienti. A sumo etiam quidam laedi putant, si non rivis misceatur.

Legit ergo aquæ canales. A uero sulcus, aquæ ductus per quem aqua fluit. Helych. A uero, n̄ eo nōn n̄tus iudicetur
vñq; rō ñp̄a vñq; ious vñq; ñp̄a vñq; n̄. n̄ eis aquæ canales
Homerus canales & aquæ ductus quibus prara ar-
buscta, & horti irrigantur aquæ vocavit; Virgilius
rivos dixit. Aperti enim copiolam aquam fundunt;
quia ex altioribus locis deducuntur. Locus Homeri
Iliad. 4 reperitur.

Ως δι' ὅτε αὐτῷ ὁ στρατός ἐπέ τοῦ καίνου μελανύδρα
Αἴματος τῇ πάτης ὑδετ^Θ. ροστημένους;
Χερσὶ μετακίλασε ἔχων ἀστράφεις ήτοι ἐχαλεψί βελλαν.
Τέ μὲν τα περιεργῶν^Θ ταῦτα φυσίδες ἄποιν,
Οὐχιώτας, τὸ δὲ τ' ὡς τὴν πατέτεσθερον κελαπεύει
Χαίρει τοῖς περιστατιῖ, φθάνει δὲ τοῦτο τὸ ἄγνωτο.

Latinis aquæ rivos, illices, vel, ut apud Festum & Ulpianum legitur, inlices vocant. Festus: Inlices, canales in quos aqua fluit in viis lapide stratis, ab elicendo dicti. Theophrasti locum he verde, Inlices sive rivos potius quam pluvias quarunt. Vult Theophrastus palmas magis gaudere aqua per canales derivata, quam aqua pluvia; eo nimurum, quod ea quæ derivatur, continuo fluat, aut saltet quoties aperitur, & radicibus humore adfert jam sole calefactum & paulatim imbibendum: pluviae vero affatim effunduntur, & mox rursum cellant, præsertim in Iudea, Syria, Ægypto; ubi nunquam vel raro pluere fertur. Quod vero de aquis per canales derivatis agat, liquet ex eo, quod dicat in Syria aulonem esse five vallem longissimam; quam ad rubrum usque mare dicunt pertinere, & in ea palmarum felicissimum esse proventum. Qua ex re intelligitur, derivatis aquis & assiduis palmas gaudere, non imbribus affatim effusis. Mirum enim est, & sitienti solo gaudere; & semper tamen bibere velle.

Oī ḥ̄p̄d̄ ḥ̄p̄l̄w̄s̄, oī ḥ̄l̄ μαλ̄oŋn̄p̄l̄w̄s̄.) In Ald. & Basili.
cod. legitur, Oī ḥ̄p̄ ḥ̄p̄l̄w̄s̄. oī ḥ̄l̄ * μαλ̄oŋn̄p̄l̄w̄s̄.
Asteriscū cur sustulerit Lugduno Batava editio, non
video causam. Legē cum Theodoro, oī ḥ̄p̄ ḥ̄p̄l̄w̄s̄,
oī ḥ̄l̄ μηγ̄w̄ ἔχ̄oτ̄s̄. ḥ̄t̄ m̄s̄ σαλ̄eց̄p̄l̄w̄s̄ oī ḥ̄l̄ μαλ̄oŋn̄p̄l̄w̄s̄.
Plinius loco citato: Fructiferarum. alijs brevius lignum
in pomo, alijs longius: his mollius, illis durius: quibusdam
osseum lunatumque dente, contra fascinantes religione po-
litum. Aliud pluribus vestitum, paucioribus ve tunicis, aliud
crassioribus tenuioribusque. Ita sunt unde quinquaginta
genera, si quis omnium persequi velit nomina, etiam barbara.
Corruptus cod. scribe; Lunatoq; dente contra fascinen-
tes, reliqua politum. Antiquus cod. habet, limatuq; dente.

rgi ras zeiis, &c.) Alpinus lib. de plant. Ægyptijs cap.vii. Varij hi fructus inter se observantur, magnitudine, figura, & colore: ali⁹ enī oblongi, magni, crassi, perinde ac pruna alba (qua Iulio mense in agro bassanensi maturantur) spectantur. Ali⁹ sunt parvi, longi, glandibus quercurum similes, ali⁹ rotundi, crassi. ali⁹ virides, ali⁹ albi, ali⁹ flavi, ali⁹que rubri: immaturis omnes gustu aspero sypticoque serunt, maturi durissimi; qui vero prop̄e sunt ut perfecte maturantur, gustum castancarum, dulcorem, suavioresque representant.

Alia palmarum divisio; alias majores,
alias esse minores. Majores καρυόται dicuntur, de qui-
bus nobis paulo plenius agendum. καρυόται quasi καρυ-
ται dictum putavit Plinius loc.cit. Ab his caryotae maxi-
mè celebrantur, & cibo quidem, sed ut succo uberrimæ. Ex
quibus præcipua vina orienti, iniqua capiti, unde primo no-
men. Dioscorides palmam recentem φονησάδαιον,
capitis dolorem adferre dixit; idem Galenus. Quod
hi in genere, hoc Plinius in specie de caryota. Alia,
& verior Isiodori sententia, Alij Thebaici qui & Nicolai
(hoc mox examinabitur;) alijs (scil. dactyli) nucales
quos Græci καρυωνες vocant. A nucis quadam forma, sic
dictum, hoc palmæ genus, ut dactylus à digitæ figura.
Male viri doctissimi dactylos dici à digitæ longitu-
dine scribunt. minores multo digito, qui ad nos ad-
feruntur, nec majores qui ante annos 500. adfere-
bantr. Latini non tantum nucales dixerunt, sed
etiam palmae caryotæ: Scribon. Largus cap. xxxvi.
Palmas caryotæ viginti. Et absolute caryotæ diceban-
tur. Ovid.

Hoc lenitum sputo Iani caryota calendis.
Caryotæ palmæ in Iudæa, alijsque orientalibus re-
gionibus nascuntur, Babylonia, Perha, similibus.
Plin. Soli Iudeæ & Orienti vindicat, id est Babyloniae &
Persidiab his caryotæ maximè celebrantur. Idem eodem
capite: Sed ut copia ibi & fertilitas, ita nobilitas in Iu-
dæa, nec in tota, sed Hierichunte maximè; quanquam lau-
date

datae & Archelaidae (urbe Iudeæ non procul ab Hierichunte) & Phasaelide (Stephanus, Φασαιλίς, πόλις λευκαῖς δέ τοι Ηράδης καθίσται εἰς τὸν Βασιλεῖον τοῦ ἱεροῦ τοῦ αὐτοῦ) atque Liviade gentis ejusdem. Strabo lib. xvi. ubi de Hierichunte hæc leguntur, εἰς φοινίκας ἢ τιστούς, εἴς τοι καρπάτου φοινίκας ἵστηται μόνον, τοῦτο τοῦ Βασιλείου, εἰς τοῦ εἰσικείας τοῦ τιστού. Palmetum quod palmam caryotam fert, aliis nullum est, excepto Babylone, & ulterioribus Orientem versis regionibus. Atqui supra dixit, in Thebaide Aegypti etiam nasci caryotas; quæ etiam sententia Aetij videtur lib. xi. ca. xxx. Θηβαῖος ἢ φοινίκας καρπάτος οὐ μὲν ἔστι, εἰς φύται τιστούς εἴη, εἴς τιστούς τοῦ τιστού. Thebaica autem palma caryotas, quæ os non habet, sive id natura, sive arte ei contingat. Quod alijs judicadūt relinquunt. Certe natura ἀπόλυτος φοινίκης, reperiri tradit Theophrastus. Caryotam præscribit Thebaicam: ergo & in Aegypto caryota, non tantum in Iudea. Dicendum, caryotam Thebaicam Aegyptiam, à Iudaica aliisque Orientalibus regionibus diversam. Ac quidem Aegyptiacam crux esse sicciora, ut supra diximus: carne & succo magis placere Iudaicam. Galenus lib. ii. de aliment. facult. Εἴ τοι δὲ τοῖς αὐτοῖς οὐ μικρὸς Διφροφοροφ. πηγὴ μὴ διατρέχει τοῖς τοῖς σφρυγέσσι τοῖς οἰ Αἰγατοῖς, της δὲ μαλακοῦ, εἴς γε τοῖς γλυκοῖς, αὐτοῖς οἱ καρπάτοι καλεομένοι. Magna palmarum differentia: quædam siccæ & adstringentes, ut Aegyptiæ; quædam molles, humidae, & dulces, ut quæ vocantur caryotæ. Hoc est, quod Plinius ait, Caryotæ succo placere ut uva. Et cap. iv. lib. xiiii. Dos his præcipua succo pingui latenteribus, quodamque vini sapore in melle prædulci. Fortè legendum, ut in melle, prædulci. Caryotarum tria recenset generia Plinius: Nicolaos, Adelphides, & quas πατητούς vocant. De Nicolaō mox videbimus. De Adelphide hæc tradit Plinius; Minus speciose, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc Adelphides dicte, proximam suavitatem habent, non tamen eadem quam Nicolai. De hoc palmæ genere nihil dico: incognitum plane. De Patetis hæc refert idem Plinius, Tertium ex his genus patetos, nimio liquore abundant: rumpitque se pomì ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, calcatis simile, lege, calcato simile. Πατητοὺς φοινίκας mention fit apud Trallian. lib. vii. cap. viii. Φοινίκας πατητούς γε γ. οὐδέποτε καρποῦ. Quæritur an πατητούς dicti, quod recentes ac dum adhuc in arbore sunt, calcatis similes videantur: an vero quod calcatae sint, & ex iis vinum expressum. Posterior multis arridet opinio. Et fortassis ait doctiss. vir hæc (χρυσάνθειον) quæ πατητούς dicebantur, ex quibus calcatis vinum exprimebatur. Certè non alio sensu πατητούς πατητούς sunt uva calcatae, quibus vinum exprimitur. An ita vocarunt siccatas quæ in cadis condebatur, & inculcabantur? Non puto. Quicquid sit, sanè ridicule Plinius, genus palmarum ex hoc nomine fecit, quæ propriè sic vocarentur; puta non aliter, quam si fucus recentes, & siccæ diversi generis esse dicas, & ex eadem provenire arbore neges, quæ calcatae fuerant, & ex quibus vinum expressum erat. Alexander Trallianus loco citato, (sæpius eo capite πατητούς φοινίκας fit mentio) πατητούς αὐτούς οὐδεὶς Αἰδελάνιος τὸ ἄντερες τοῖς τοῖς φοινίκας δὲ πατητούς. Vetus interpres, Cera, oleo nardino, dactylis patetis lib. i. vino Adriano, quod sufficit ad dactylos infundendos. Planum est, intelligi ab eo palmulas siccias, & in cædum inculcatas, aut sanè pressas aut calcatas, vino inde expresso. Glossa vetus ad illum locum; patitos à loco dictos nugatur. Favere huic opinioni videtur Galeni interpres καρπάτου lib. viii. cap. iii. titulo catapotia ad stomachi subversiones, Origenia, bona & probata. Deinde palmularum passarum patetos Graci vocant. Idem lib. ix. cap. iv. titulo. alij Scribonij Largi ex salice, Palmarum passarum maximarum, quas πατητούς appellant numero duas aut tres. Nihil tale in Græco codice. lib. viii. ait Galen. Εἴ τε τούς εἰπεῖτε πατητούς φοινίκας πατητούς τοῖς σφρυγοῖς. lib. ix. Φοινίκας πατητούς περιέστω δρεπανός βέβηγος. De suo passarum vocem addidit Interpres. Plinius sententiam confirmat Galenus lib. x. methodi med. cap. ix. Καὶ μὴ δή καὶ τοῦ Διφροφοροφοροφ. Iam vero epithetum ex pinguis fit palmulis, quas Graci πατητούς vocant, salutare est medicamentum. Pinguis à liquore pingui, quo scatent. Idem Galenus lib. de cibis boni & malii succi, cap. iv. circa finem. Κατὰ δὲ τοὺς φοινίκας αξιόλογος οὐδὲ διατρέχει τοῦ Αἰγατοῦ φοινίκας αξιόλογος καὶ ἀντηρός, καὶ ἐπειδὴ οὐτοῦ, τοῦ καλαμιτοῦ πατητοῦ, γλυκοῖς μὲν ικανοῖς ὅνται. Βραχεῖα δὲ μιτίχοτοι σύφιοις. σύναπται ἔχει τοῦ μέχετος τοῦ φοινίκας, οἱ δὲ αἷμα κατέχειν ποντούς εἰσι, οἱ μὲν

μᾶλλον, οἱ δὲ ὅτιοι σύνεργοτέροι καὶ γλυκύτεροι. At in palmis non leviter differt. namque Αἴγυπτια palmula dura, sicca & austera, si cum ea conferatur quam Græci πατητούς vocant, quæque & satis dulcedinus, & adstringentes vires habet, natura inter se contrarias esse arbitreri, aliae vero inter eas mediae censemur, ut quæ plus minusve austerratis, dulcedinisque habent. Ineptus foret Galenus, si recentem & humorem plenam palmam, compararet siccatae & expresse. Alia sententia Galeni, qui πατητούς, quam expressam & siccatam volunt palmulam, pinguem vocari ait. Utrum παφυλαῖς πατητούς, quarum mentio apud Actium lib. ix. cap. xxiv. uva calcarata sint, ex quibus expressum vinum, alibi videbimus. Alia Plinij opinio, qui tales uvas in vite à sole diutius adustas vocat lib. xiv. πατητούς ergo à παντικού. Non quod conculcata ac passa sit, sed quod ejus pomum etiam in matre dehiscat, propter pingue, quo abundat, liquorem, ac quasi calcata appareat. Caryotæ ut supra dixi succo placent.

Καὶ γὰρ σφρυγεῖδις εἴης οὐ τοῖς πατητούς τοῖς πατητούς. Malè in Ald. cod. σάκα vertunt: Quosdam enim esse in modum malorum; magnitudine autem tantos, ut quatuor tantum cubitum expleant. Vocem σφρυγεῖδις, cur non interpretentur, causam video nullam. Verte: Quosdam enim globosos in modum malorum, magnitudine autem tantos, ut quatuor tantum cubitum expleant. Plin. loco cit. hæc de Nicolais scribit; Sicciores in hoc genere (caryotarum) Nicolai, sed amplitudinis præcipue quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Lege, quaterni cubitum longitudine efficiunt. Isidorus, ut supra dictum, Nicolaos dactylos, Thebaicos esse trahit; certè nūi Theben Iudeæ intelligat, fallitur. Aegyptia palma Thebaica magnitudine, & præstantia inferior erat Iudaicæ. Nicolaus hic Damascenus fuit: verisimile admodum Iudaicas misisse: fieri etiam potest Babylonicas, ex Babylonia allatas, miserit; sed hoc incertum. Damascenum fuisse ex Suida probatur, Νικόλαος Δαμασκεῖος γνέσιος Ηράδης τοῦ λευκῶν βασιλίου, & Αὐγούστου Καισαροφ. φιλόσοφοφ. πεπτατίλιος. Nicolaus Damascenus Herodes Iudeæ regi, & Augusto Cæsari amicus, philosophus peripateticus. Hic Cælari Augusto misit palmas. Athenæus lib. xiv. δέ τοι τοῦ Νικολάου καταγένετο φοινίκας, ποτιζεῖς ύδωρ εἰσὶ, & δεῖπνο τοῦ Συρίου καταγενίσθαι, οἱ πατητούς τοῦ πατητούς εἰσιν ηὔσηστοι τοῦ Σεΐσατον πατητούς φρέσης κατεστρέψαντο τοῦ προματιτοῦ Νικολάου τοῦ Δαμασκεῖος εἰπεῖς οὖτος οὐτοῦ κατεποντοφ. φοινίκας σωτικῆς. De palmulis quos Nicolaos vocant, & quæ advehuntur ex Syria, hoc tantum vobis possum dicere, ab Augusto Imperatore hoc nomen inditum fuisse, qui admodum cibo eo delectaretur, quod Nicolaus Damascenus ejus amicus palmulas illas sèpius ad illum mitteret. Meminit hujus Historiæ Plutarchus lib. viii. symp. quæst. iv. Οὐ γάρ Βασιλεὺς (αὐτοῖς φασι) αἰσθατούς Διφροφοροφ τοῦ πατητούς φιλόσοφοφ. Νικόλαος γλυκοῖς ὅταν τοῦ θεοῦ, μαδινὸς οὐ τοῦ μικροῦ Επιμητοφ. Αἰσθατούς δὲ τοῦ πατητούς εἰσιφοινίστοτοφ. Ερυθραῖα φαρμακεῖα πατητούς καταλίπεις τοῦ φοινικούλου Νικολάου οὐδέποστο. καὶ μικραὶ τοῦ ὄντος οὐδαμαζούσι. Rex quidem (Augustum Cæsarem intelligit) ut narratur, Nicolaum philosophum peripateticum singulare prosequens amore, suavibus moribus hominem, gracili & procero corpore, faciem plenum emicantis punicei ruboris; maximas & pulcherrimas palmulas Nicolaos nominavit, siveque etiamnum dicuntur. Hesych. lib. αἰσθατούς Nicolaum non palmas, sed placentas Augusto Cæsari misisse auctor est. Νικόλαος φιλόσοφοφ. τοῦ Δαμασκεῖος Σεΐσατον ηὔσηστοι τοῦ Αὐγούστου Καισαροφ. αὐτοῦ τοῦ τοῦ Σεΐσατον πατητούς παλαιοῦ τοῦ Κασσιποτοῦ Νικολάου αὐτοῦ κατείσθι. Nicolaum philosophum Damascenum tanto amore complexus fuit Augustus Cæsar, ut missas ab eo ad se placentas Nicolaos vocaret. Sed nihil impedit, quo minus utrumque, & dactylos, & placentas miserit. Pallad. de Mon. Aegyptior. Hist. viii. Καὶ γαλακτοφ. πατητούς τοῦ Νικολάου παμμηνίδεις, αἴρεσθαι κατεστρέψει καὶ θρεπτοφ. Ex iis quæ hactenus dixi, constat magnas & præstantes fuisse palmas Nicolaos. Sed illud quæritur, utrumne Nicolai sint, de quibus fit mentio apud Theophr. Afferit hoc Plinius. Obstare videtur, quod saltem Xenophontis temporibus nondum in Græciam majores illæ caryotæ invehementur, sed tantum minores. Quod hæc ejus verba ostendunt, εἰς αἰσθατούς Αναβάτος, sive in lib. ii. de exped. Cyri, ubi de palmis Babyloniæ agit. αὐτοῖς οὐ αἰσθατούς τοῦ φοινίκας, εἰς τοῦ Ελληνοῦ, εἰς εἰδεῖς, τοῖς οἰκιστοῖς αἰσθατοῦ, οὐ οὐδεῖς διατρέχειν οὐδεῖς διατρέχει, θωμάστοι τοῦ καλλοφ. καὶ τοῦ μέχετος. Glandes palmæ, quales in Græcia videmus, famulis præbebant. Quas autem servabant Dominis, seligebant, magnitudine

magnitudine & pulchritudine admirabiles. Ad hoc facile responderi potest. Xenophontis ævo nō adferebantur in Græciam, quod bellum esset Græcis cū Persis. Temporibus Cyri sub potestate Persarum Babylonij & Iudæi erant. Theophrasti vero sæculo in Græciam advehabantur. Iam enim ab Alexand. Magno Macedonum rege, ac Græcia universa principe, devicta erat Persia, Babylonias, omnesque terræ, quæ sub Persarum ante fuerant imperio. Romam Augusti Cæsaris ævo, facile mitti poterant, quod Iudæa regionesque circumiacentes devictæ ac subactæ essent à Romanis. Ergo quod in illis regionibus optimum erat, principi, ejusque aulicis, & magnatibus mittebatur. Theophrastus palmas quatuor cubitū explere scribit. Idem Plinius. Quæri solet, qualem intelligat cubitum Theophrastus, majorem an minorem. Hoc ex Diodoro Siculo cognoscere est; qui lib. xi. bibliothecæ ait: *Tūs ἡ Συρίας κατὰ μὲροῦ τὸν γειλὸν οἱ καρπῶντοι αὐτοτερψόδοιροι, θωράκιοι Διόφοροι κατέπει τὸν γλυκύτητα, καὶ τὸ πιλαρόν, ἐν οἷς τὸν χυμὸν τύπον οὐ πολὺ μείζον κατὰ τὸν Αἴγυπτον, ἢ τὸν Βαβυλωνίαν ὅρην ἵστι γλυκύτερος· κατὰ μὲροῦ πάρεργον ἐν διπλούλων ὄντας. Τῷ δὲ γέροντος μελινεῖς, τούς τὴν Φοινίκης, εἰς οὓς οὐ πορφύρας ζεῖται. οὐδὲ τοῦ ἀντούς αἷμα ἢ τὸν ὄφεν τιρπαθεῖ τὸν γεύσην Φυσαρεωθεῖται.* At in Cave Syriæ tractu, que caryote appellantur, dulcore, & magnitudine, & succo excellunt. His longè majores in Arabia videre est, & Babylonias, magnitudine scilicet digitorum sex, colore partim melino, partim puniceo, vel etiam purpureo, quibus visus deletatur, & gustus demulcetur. Theophrastus igitur cum quatuor cubitum explorare ait, intelligit cubitum minorem. Minor cubitus, ut supra dixi, sesquipes. Pes Græcus xvi. digitis constat. Ergo si unaquæque palma sit sex digitorum, quatuor, erunt viginti quatuor digitorū, quæ mensura sesquipedis, & cubiti minoris. Hujusmodi grandes palmæ ad nos non adferuntur, Hic enim ne unius quidem digitii longitudine superant Frustra ergo medici vulgares dactylos, caryotas contendunt. Diodorus palmas has majores colore vel melino, vel puniceo, vel purascente, est: Xenophon succini colore esse refert, *H' οὐδὲν εἰλέγει οὐδὲν διφέρει, aspectu prorsus electro similes.* Quærunt viri docti, utrum hæ sint *χρυσοβάλανοι*, quarum mentio fit apud Gal. in lib. κατὰ τόπους; VIII. cap. IIII. & lib. IX. cap. IV. Affirmat alij. Malunt tamen nonnulli, nucem myristicam intelligere. Galen. chrysobalanū, ex auctoritate Asclepiadi ad coli inflationem lib. IX. præscribit. Lib. VI. roborare & discutere ait, *Νάρδος οὐδὲν γενοῦς οὐδὲν σούλαν Θεραπευόμενος τὸν τροπιών τοντον.* Palma nec roborat, nec dilicut, mollem enim humidam & dulcem substantiam habet. Hac facultate myristica nux pollet, singultum fistit, colicum dolorem tollit, egregie roborat, fortiter discutit; quæ vires chrysobalano à Galeno adscribuntur. Reliqua si consideremus, nux myristica neutiquam *χρυσοβάλανος* erit. Aureum enim nō habet colorem. Addo quod nunquam prætermisit Galenus, insignes hujus nucis facultates describere. Non esse ex palmarum genere, inde probatur, quod non tegatur carne, sed cortice, qui *macis* vulgo dicitur. *Χρυσοβάλανος* fortassis est, quod ab Aëtio lib. I. in confectione nardini, qua in ecclesia præparabatur, vocatur, *χρυσοβάλανον.* *Χυλαλόν* λικιρύνων μυριστικάν λι. *καλέρνου* λι. *ξανθοκαρύων* λι. *μακέσ* λι. *χαλανγῆ* λι. *βαλοτημά* λι. *καρπούσιασις* λι. *χυλοβαλάτης* λι. *μυροβάλανός* λι. *φύτε* τὸν *τριπτην* λι. *καπισ* λι. *ξηροκαρυονιφύτης* &c. Hæc ostendunt ante sexentos annos, & nucem myristicam, galangam, aliaque aromata coguita fuisse. Ut lib. IX. ubi aromatam historiam narrat Theophrastus, plenius probatur. Caryotas Lusatani hodie vocant *caryosso*, vel *caryoces*, non obscuris, sed plenis vestigiis prisci nominis. In insulis Occidentalibus, divi Thomæ vulgo dictis, repererunt, forma & magnitudine citrii mali, colore luteo. Quale est succinum, & *μύλινος* color.

Επτα οὐκέ τόχιον ινωδες.) Hæc spuria, vel corrupta esse nemo inficius ibit. Scripserat aliquis ad oram ius εἰς πάχυν, δύο πάδες. Quod postea in textum receperunt vicio. Corrigit Scaliger Iulius; ινχιλιας τοις ινωδες, succo prestanti & odore bono. Succum caryotarum gratum immo gratissimum, ex iis que haec tenus dicta sunt, liquet. De ινωδιᾳ videndum. Palmas odoratas esse, probatur ex Athenæo, apud quem lib. xiv. hæc reperio. Μιλανιτιδης ὁ Μιλανος Θεος της Δασκαλης Φοίνικας η καρπον της ονομαζεται η λέγεται ποικιλη θεος απο της η γη Αιδηνη η γη τηθριπην. Φοίνικα μεροφυτη η ειδη θεοις της αιδηνη γυναικειας

ιχος, αιδ' εορικτον μεθρύζεις έγουμενοτα αι' υλας ιδεστε, ου πολλάκι θηγες Φείνα πεπόρδας, ιερόδεκανοι ι' θανοι, ινοδειτη Φοίνικας, καη κισταν κρεπτησιν· τεργινατη Συρίκης μυριάσα. Ita legit hunc locum Doctiss. Causabonus. *Melanippides Milesius in Danaidibus*, fructum ipsum palmae nominat φοίνικας, ita loquens de Danai filiabus. Plutonicam ista non humanam formam, ac speciem gerebant: neq; etiā vocem habebant muliebrem: sed in curribus sellam habentibus persylvas, monteisque arboribus vestitos, ut facere astant feriae, se exercebant, thus sacrū & suaveolentes palmulas, casiamque manibus tenentes, & mollia Syria unguenta. Certè vulgares palmæ suaveolentes quodammodo, neutiquam τακαδις. Non mirum ergo, si optimæ & præstantissimæ suaviter spirent. In Ald. & Bas. codicibus locus hic asterisco notatur, quo corruptam codicem indicatur, οις τις αρχης ήταν σύχων ηνας * ιτα οι νοι εποδεις. Causam, cur sustulerint asteriscum, non video ullam. Hoc obiter addendum; apud Photium legi, Οι διε φοίνικες οι ή ταρδις κοι οι γρατα βάλλονται τειωθάσιοι ή εις Βασιλεων. Palmas Indicas earunque fructus triplo esse quam apud Babylonios majores. Profecto grandes illæ admodum.

*A^νδεις οἱ μαργαρίταις, &c.) Tales, ut annotavit Doctiss.
Robert. Constantinus, margarides, vel margaritides
à Plinio dicuntur. Diodorus Siculus lib. 11. bibliothecæ Africanas parvas vocat, Ομοιας οἱ τὰ στερεά
οἱ φοίνικες, καὶ πρὸ τῶν Διονύσου ανηκόντες καὶ μαρποῖς οὐφίγειοι
καρπῶν. Sic inter arbores palmae Africanæ squalidos & exi-
guos gerunt fructus.*

Bart.) Corrigunt *βαζίων*. Suidas tamen per α βαζίων. ὄνομα κύρος δικαιοσύνης. Nomen proprium, Eunuchus erat, sive satrapa Persarum regis. Apud Diodorum & Plutarchum *βαζίων*, vel *βαζία* legitur. Lege apud Theophrastum, *βαζίων τοῦ πελάσιος*. Illum intelligit, qui crudelissimum Persarum regem Ochum sustulit veneno, & ipse à Dario Ochi successore extinctus est. Vide Diodorum Siculum lib. xvi. Fuit alias *βαζίων* Alexandro Magno familiaris. Hic junior, de quo vide apud eundem Siculum, & Plutarchum in vita Alex. Vide Curtium.

Περὶ Βαβυλῶνος.) Palmam arborem Babyloniam
describit Diodorus Siculus lib. II. biblioth. Τὰ δέ
τελέη τῶν φοινίκων τὸ μὲν ἀσπεργόν ἔχον τίκον δέ τις περιφέρεια,
φίλιαν πατέρα καθέστη μέρος τῆς κρευφῆς. ἀκρογόνα εἰς τὴν οὐρανούν.
Διάφορες
έχει τοις διόπτραις τοὺς πομπαὶ Διονύσους. τὸ μὲν γένος τῶν παραδίκων
ἔχει τελείωμαν, καὶ πεπτὸν μίστην, εἰς τὸν διάφορον θόρον Φλωρίου
βοσκουμένη παρέστων αἴνοις. τὰ δέ οὐδὲ οὐδὲ μερικά τελείωμα
τὰς εἰπεῖν τὰς κρευφῆς κύματα χρηστήρων ἀποτελεῖ λαμπτήρα
πατέραν τοποῦσαν. Πινακίδα δέ τον μέρη τελείωμάρια, καὶ
διεκλητηρία τῶν κλαδῶν αἱ φίλαι τοῦ πατέραν υφεστήσαντες
ἀποτελεῖ τὰς φέτοψιν. Palmae illic stipite sunt aëro, prae-
celsoque ac tereti, vertice tenuis glabro (ita interpres)
comas in altum non uno tamen modo attollunt. Que-
dam enim ramos undique circumfusos habent, & in me-
dio, ex cortice dirupto, racemosum extrudit fructum.
Quedam comis sub unam tantum cacuminis partem in-
clinatis, ardentes formam lampadis ostentant. Aliæ hinc
& illinc circumflexe, & duplice ramorum dispositu
utrimque capillatae, intuitum picturatum exhibent. Tria
inquit palmarum genera; quorum differentia non in
stipite, totaque arbore, sed in coma. Hanc sanè dif-
ferentiam a recentioribus observatam nondum legi.
Stipitem inquit φίλων, vertunt glabrum. Palmæ ha-
ctenus cognitæ stipes, squamis multis, quibus arbo-
rem scandunt, obsita est. Verte nudum; ramis
enim folijsque, quibus plurium arborum trunci præ-
diti, caret. Hesych. φίλων, μυρινος, ισημεον, ιντελις, ατελεχων, ηγ-
μης, διποδεδαρινον. In cacumine tantum fundit ramos
in orbem actos, solum spectantibus folijs longissi-
mis, duplicibus, gladij figura.

Meyde p. Plinius loco citato: Quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturitatem non perverniat, grato sapore dulcis est, & folium ibi latius, fructusque reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum expatur, succo modo expresso. Haec de duobus palmarum generibus Theophrastus, qux Plinius in unum confundit. Sed Plinianum est, confundere & perturbare omnia. Non sit verisimile, Plinium scripsisse, reliquis jucundior. Verba Theophrasti male accepit, Meyde p. ήλιξ̄ πόσ. τοι σκηνας δι τερμάτων, τὸν ἦγε-λόπον οἱ αἴθοι. Satis clare Græcus auctor sapore, succoque minus jucundo reliquis, ait, palmis. Plinius vel male legit, vel libertum legere putavit, μηδινη πόση καρπαν. Hinc ille, reliquis rotundior.

Αλλ' ὅμοιος τοῖς πίπεροις.) Vertunt, non tantum sapidum tanquam cæteræ, sed radicibus simile. Quod, quid sit, nescio. Lego pœnæ, & Διαμαστομήνες, non, ut vulgo editur, Διαμαστομήνες, scissos. Totam hanc periodum in hunc lensum verto: Cuidam in Cypro generi folium latius est, & fructus multo major, magnitudine mali punici, sed figura oblongus; succo minus grato quam in cæteris, sed punico similis; itaque non deglutitur, sed commanducatus expuitur. Ad eundem modum punici mali succum sorbere solemus, nucleos commanducare quidem, sed non deglutire, verum expuere. Idem de hoc palmæ genere tradit Theophrastus. Plinius, Nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur succo modo expresso.

Θυσιαζόμενοι μένον, &c.) Rectè, addidit, φασ. Ad nos enim quotannis Alexandria Ægypti siccatae adseruntur, quæ plures durant annos, & incorruptæ manent. Sed fortassis hæ Thebaicæ, vel eo loco crescunt, ubi quondam Theba, salso nempe & arenoso solo: quas servari posse, supra docuit. Nō omnis ergo palma Ægyptia recens consumi debet, sed maxima pars.

Ἐν δὲ Φοίνικη. Plinius loco citato: Quædam in Syria & Ægypto in binos dividunt se trunco: in Creta & tenuis, quædam & quinque. Ferunt statim in trimatu; in Cypro vero, Syria, Ægypto quadrimæ, aliae quinquennes.

Κύριος.) Lege cum Doctissimo Salmatio κύριος. Notum est, quomodo in Græcis exemplaribus hæc invicem mutentur &c., ut κυριος, μονος, & in similibus sexentis. Plinius loco citato: In ipsa quidem Æthiopia friatur (tanta est siccitas,) & farine modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore, quam mali amplitudine: cœcas vocant. In Antiquis, ut idem, docet, Salmasius rectè scriptum reperitur, cœcas vocant. Quod etiam in marginalibus in Plinium annotationibus, observavit Dalecamp. Supra lib. I. cap. XVI. Εν δὲ κύριοι κυλιφόνιαι καρδιπτεροι κύριοι καρδιπτεροι, τοιούταις. Hesych. Κάινος εὐ Αἰθιοπια φοίνικαν εἶδε, τοιούτην καλεῖται φύλλα αἰθιοπικά, φοίνικας. Non ex κύριοι, sive palmæ Æthiopicæ foliis importæ, & phormiones texebantur, sed ex Ægyptia arbore quæ κύριοι dicitur Theophrasto lib. IV. cap. XI. Vulgo κυλιφόνεγν legitur. Duas confundit arbores Grammaticus: Ægyptiam, quæ κύριοι, & Æthiopicam, quæ καρδιπτεροι vocatur. Vide cap. II. lib. IV.

τοῦ κυλιφόνος καρδιπτερού.) Interpretantur, fructum figura, magnitudine, & saporem diversum quam cæteræ præstant. Verte, fructum habent figura, magnitudine, & succo præcipuum. Διαφέρει, apud Theophrastum & Dioscoridem, infinitis in locis, excello, supero, significat. Vide cap. VI. VII. ubi de odoribus, & aromaticis agit. Idem cap. de cinnamono, costo, &c. Hesych. Διαφέρει, αἴκει, ταχεῖχε, βιλπόνιοι. Διαφέρεται, ιχαρίτως. Διαφορά περισση, κρατίτως, οὐ ψηλότερη, Glossæ Διαφέρει, ταχεῖχε, βιλπόνιοι.

Lege Σπέρουντα περιγράψας μήλα, καὶ μῆλον.) Pomo majore & rotundiore malo. Quod ante nos doctissimus observavit Salmasius. Plinius, Pomo rotundo, sed majore quam mali amplitudine. Cœcas vocant, triennio maturescunt; semperque frutici pomum est, subnascente alio.

Ἐν θυσιαζόμενον.) De odoris bonitate quandoque exponendum, nemini incognitum. Theophrastus lib. IV. hist. cap. IV. Εὐθύνειος δὲ τὸν ὄντα γλυκὺν, ἀτιθεμόν. Atheneus lib. XIV. ex Polybij sententia de eodem fructu. Εἴ τοι δὲ βρῶμα τὸν πρωτότονον συνειδεῖς, καὶ Φοινικόν διάγει, τὴν ἐνθεῖον βιλπόνιον.

Οἱ δὲ καρδιπτεροι.) Plinius loco citato: Sunt & cæduæ palmarum quoque sylva, germinantes rursus ab radice succise. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptoque vivunt, quod non alie. Vocantur autem chamæropes. Vitium in nominé, ut rectè obseruavit doctiss. Salmasius. Non sic editum Græcum est. Lege chamærepis vel chamæropes. Corrigetiam Theophrasti codicem. malè scribitur, οἱ δὲ καρδιπτεροι, lege καρδιπτεροι.

Χαμαιρέπις.

Chamærepis,



Aliud quippe καρδιπτεροι, aliud καρδιπτεροι. Genus hoc palmæ humile & improcerum, & rectè dicitur καρδιπτεροι. Dioscorides καρδιπτεροι vocat; quod plane idem est. Εὐθύνειος δὲ μάλισται οἱ ἄντει Αἰγαίων, οἱ τοιούτοις καρδιπτεροι. Omnia vero aptissimi sunt Ægyptiū nuclei, qui ex humilibus palmis decerpuntur. Hesych. καρδιπτεροι, καρδιπτεροι, οἱ τοιούτοις, in terram inclinans. Suidas καρδιπτεροι. καρδιπτεροι, καρδιπτεροι, λατεροι. οἱ δὲ φοινικοὶ, οἱ δὲ humilis, vel sedes cava. Humile certe palmæ genus. Huic mox à radice germen quoddam erupit cubitale, inferiore parte omnino crassum, superiore tenuius; à quo folia palmæ similia, sed minora & breviora; à latere vero & coma erumpit, cum flosculis racematis cohærentibus: germen vero istud, prius quam flores conspicui sunt, innumeris fere membranaceis involucris, circumsepta in se continet foliorum florumque rudimenta. Utraque admodum candida, quæ secundis mensis, cum exiguo salis & piperis eduntur; ori palatoque grata. Flosculi ut dixi racematis cohærentes, exobliquo è capillacea quadam coma emergentes. E quibus fructus racematis prodeunt, palmulis vulgaris minores. Ut in adicta imagine videatur licet.

Καὶ τὸ ιγκαρδίον ή τὸ ιγκαρδίον ζώσι. Primo loco, quid ιγκαρδίον, dicendum. Quæri solet, utrum ιγκαρδίον, palmæ cerebrum vocariat Dioscorides; an vero aliud quid ιγκαρδίον nomine intellexerit. Diosc. lib. I. ca. CL. Καὶ τὸ ιγκαρδίον οἱ Βαρικες λατικόν, καὶ ἀντὸν ιγκαρδίον, βιλπόνιον ιγκαρδίον οἱ Αφένδροι, ποιητοὶ οὖτε οὐδὲ βούλησθε. Cæterum album quoque caudicis ιγκαρδίον, tum recens commestum, tum decoctum, ad eadem facit, ad quæ etiam borassus. Non eadem omnibus hic sententia. Εγκαρδίον, inquit quidam, vocat hoc loco Dioscorides, trunci quasi corculum, seu medullam, quam ουαστηματος, Theophrastus καρδία, μέλιται, sive μελόν, appellare consuevit. Neque vero sunt audiendi, quin in palma ιγκαρδίον τε πείματα, cum ιγκαρδίον, idem esse fuerunt. Quamvis ipsi ιγκαρδίον, suum etiam ιγκαρδίον, esse, non negaverimus. Galenus siquidem lib. II. de aliment.

aliment. facult. φοίνικ^Θ ἵγκιφαλον, vulgo appellari ait, τὸν κρηπιδωτὸν φοίνικ^Θ, palmæ videlicet turionem seu summitatem, quam etiam citra samem, à nonnullis esitari ibidem commemorat. Idem lib. iv. simpl. ἵγκιφαλον interpretatur, τὸν αὐτόπτερον μόσχον τοῦ φοίνικ^Θ; id est, summam palmæ partem. Libro vero de attenuante vict. rat. tenerum germen, quod è summa ipsa planata producitur. Sic Plinius lib. xiiii. cap. iv. Humiliorum palmarum (quas ipse chamæropas Dioscorides χαμαρίδης, Theophrastus χαμαρίφης cognominat,) dulcem air, esse medullam in cacumine, quod cerebrum appellant. Hactenus illi qui ἴγνούσθοι, & ἵγκιφαλον diversum volunt. Contrariaque qui defendunt sententiam, utuntur Theophrasti auctoritate, qui lib. i. cap. ix. medullam (μήριαν, μυιλὸν καρδίαν) omnino nullam habere palmam tradit. Καρδία in arboribus ab imo ad summum stipitis extenditur. In palma nulla hujusmodi καρδία, sed in summo trunco cerebrum habet; quod ἴγνούσθοι Dioscorides vocat, quia vis vitalis palmæ in illa parte tota consistit. Probabilior nobis posterior opinio. Palmæ cerebrum in cacumine, ut in initio hujus capitii docet Theophrastus. Galen, lib. de aliment. facult. Καρδίπεπον ιδίωτον τὸν καρυφὸν τοῦ φοίνικ^Θ λόγον συμβάσασι ἵγκιφαλον. Lib. iv. simpl. cap. xv. ἵγκιφαλον, interpretatur, τὸν αὐτόπτερον μόσχον τοῦ φοίνικ^Θ. Philo etiam Judæus lib. de vita Moysis annotavit, palmam habere vitalem vim, non in radicibus defossum, ut cætera stirpes, sed in summo trunci vertice, quasi cor situm in ramorum medio, à quibus circumquaque stipatur ceu princeps à suis satellitibus. Μόριας δὲ τοῦ συμπατερ^Θ ἴδιος ἐδομένης γεγόνει, φοίνικον τὸν διδόνα τρίτῳ παρειρησίτης τεσσαρούτης, οὐ δὲ σφέδημη, Εἰ καρποὺς συγκατὰ εἰς καλλιστον, ὅπερ καὶ τὸν ζωπλην ἔχει οὐσιαμένην, τὸν δὲ φίλασσον τοῦ τέλους τοῦ καρπού τοῦ πατέρος, εἰ τοῦ μεταπτετοῦ τῆς ακρωτηρίων, ἐδομένην, οὐδὲ οὐσιαμένην τὸν κύκλῳ δρυφοσεῖται. Vide Theoph. lib. i. de caus. cap. ii. hoc ἵγκιφαλον, veteres commedebant. Philostrates, Πάτρος Φοινικοῦ βασιλιοῦ, τὰ δὲ, καὶ στίχα λαχαναρχη φοίνικων ἵγκιφαλοι, καὶ καρπῶς τῆς φοίνικαν. Porus Indorum rex ajebat, cibis meus est olus, palmarum cerebrum, atque corundum fructus. Xenophon II. Αἰγαλεως. σύγειραν καὶ τὴν ἵγκιφαλον Εἴ φοίνικ^Θ ταῦτα τὸν ἴφαρον οἱ σερπεταῖ, καὶ δὲ ποδοῖς ἴδιαι μαζοῖς τόπει πᾶντας καὶ ιδιοτηταῖς ἴδιοις. λόγοι δὲ σφέδημη τοῦτο κεφαλαλλεῖ. Palmæ cerebro, cibati sunt milites, admirantibus non paucis ejus voluptatis, & speciem & proprietatem, dolore tamen capitii id vehementer excitabat. In veteri Epigram. καρπον appellatur palmæ cerebrum. De matre sua & palma arbore, ita loquitur Dactylus.

Αἴσατος κείνη πλήν κράστος, εἰπὲ οὐ τοιούτη
Τοιμότος αὐτας μῆνον οὐ πέτερον μέσαντες θίνε-

Hesych. κεράς (Doricē κεράς) πηλὸς εἶναι κεφαλὴ. κοράτη
κιφάλων. Sanè ipsa palma arbor, ut auctor epigram-
matis tradit, nihil habet edule præter caput, id est
sumnum truncum in quo cerebrum. Indagandum,
cur chamærepem cæsam Theophrastus dicat repul-
lulare. Neoterici observarunt cerebrum habere in
parte, quæ radici propior est. Quod secus est in re-
liquis palmarum generibus. Non igitur mirum si
cæsa regerminet. cerebrum enim ejus non læditur,
cum reliqua palmæ, quibus cerebrum in summo
stipitis cacumine, cædi non possint sine arboris nœce.
Summa enim detruncata parte, cerebrum etiam in
his præciditur, in quo omnis vis vitaque. In chamæ-
repe pars radici propinquior in globum extuberans,
internum cerebrum innumeris ferè involucris cir-
cumseptum habet, tenerrimum sapidum & origi-
natum, ut testantur doctili. Mathiolus, & adver-
fariorum auctores Lobelius & Pena. Chamaeriphæs,
inquiunt, sive reptatrices & humiles apud Theophrastum
palmulae notissimæ sunt Hispaniæ, Gallo Provinciæ, &
Italiæ maritimis, tum ad scoparum usum quæsite, tum ob en-
cephalum illud, sive cerebellum gula blandimentum, anti-
quis in primis commendatum: scapus enim propè radicem
ventripositor protuberat, crusque humanum æquat, fistulosus
claudit hanc medullam, qualēm esitavimus suavi carduo-
rum gustu. Malè ergo Plinius scribit, Dulcis earum
medulla, (nota quod medullam vocat, hoc est quod
Dioscorides καρδιαν vel ἵρνεσθος) in cacumine quod ce-
rebrum appellant. Si in cacumine, non potest esse cæ-
dua, ut ipse scribit Plinius. Recentiorum experi-
mento falsum id esse, constat. Fortassis id ignoravit
Theophrastus. Sed hoc asserere non ausim.

Διὸ καὶ τὰλαιπων.) Hæc ferè persuadent, Hesychium non confusisse coeten, cum & conci, sed coeten

cum chamærepe. Rami hujus palmæ, quadragæti
mali præsertim tempore, deferuntur venales pe-
totam ferè Italiam, ad exornandos olivarum ramos
qui sacra palmarum die ab omnibus in templis ge-
stantur. Præstant iidem ad sportulas, tegetes &
scopas parandas. Sunt enim ad verrendas domos
rami, una cum foliis ad scopas parandas, non solum
peridonei, sed etiam utiles, quod non confringan-
tur, nisi tempore longo.

Ποτοὶ οἱ ἐν τῇ Κρήτῃ, &c.) Chamærepes non tantum
in Creta & Sicilia, ut Theophrastus tradit, nascitur;
sed etiam in maritimis quibusdam Italæ reperitur;
& in Hispaniæ, Galliæque Narbonnensis nonnullis
locis provenit: unde Antverpiam aliquando, & ad
nos adfertur. Neapolitani cephalione, alij cepha-
logne vocant.

Σκελία.) Lege ex Ald. & Bas. edit. οὐκέτια. In Sicilia provenit, agrestium palmarum magna copia, ut tradit Cicero. Sic enim scribit in VII. Verrina. Nautæ fame coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis (Selinis) sicut in magna parte Sicilie, multitudo, colligebant, & hū miseri perditique alebantur. An ergo radix palmæ edulis? Non videtur. Chamærepes palmas agrestes vocat, harum ιγκιφάλος, pone radicem est. Probabile admodum est, ιγκρέδιον, quod radici proximum, ipsam vocari radicem; radix alioquin palmæ, esui planè inepta. In Sicilia, ut Theoph. ait, chamærepes multe. Hactenus de palmis.

Probabilior magni Scaligeri est sententia, quam doctiss. Roberti Constant. Longè alio sensu, & præter mentem Græci auctoris (ut ante nos observavit Dalecampius) hunc Theophrasti locum reddidit Plinius. Familiare, ut dixi, Plinio, confundere ac perturbare omnia. Satis aperit Theophrastus lib. 11. cap. x. de caus. punicam serendam inverso surculo docet. Corrigit idem Dalecampius Plinium, legitque, quidam inversas figunt in vite, atque etiam in fico permutantes. Nullam vero video rationem cur rejiciatur vulgata lectio. Græci auctoris verba maledicuntur accepit Plinius. Quod de insitione vel satione Theophrastus, hoc ille de situ & positione.

Poada perit*at*. Hec, ut verum fatetur, non intelligi ocullum. In Ald. & Basil. legitur *ροάδης*; quod cur in *ροάδην*, mutet Robert. Constantinus, nescio. Vertunt alij; Pampinum lascivorem, & qui amplius fructum protegeret, ita exire minusque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in sico. Et hec captum superant meum. Robert. Constantinus lectorem mittit ad Crispini Lexicon, & quae observata sunt in verbis *ροάδην λωνα*, *ροάδη τρεζανα*, videre jubet. Adij Lexicon; in eodem annotatum reperio, *ροάδη λωνα*, unde *χριστος*, siderationis genus est, ut dixit Plinius lib. **xvii.** cap. **xxiv.** in deforecentibus vitibus voratio: quod vitium *ροάδη*, sive *ροάδη*, id est vulgo couleure vocat. Theophrastus lib. **v.** cap. **xv.** simile de *τρεζανα* tradit. Quid *ροάδη* sit docet loco citato Theophrastus; ubi inquit esse in vite morbum, vitium scilicet, cum acini decidunt. Sed quomodo acinorum refluxus protegere protest fructum, & impeditre quo minus decidant cincinni? Hec contra naturam videntur. Lego cum doctiss. Dalecampio, *Εν τοις δέ ποαι ταῖσι τοις ροάδαις, τοῖς οὐραῖσι μαλλοῖς τὸ καρπόν, ἐν δὲ η̄τοις δούσαγματοις κυνίναις.* Quidam punican malum ampliori fieri, fructumque magis in umbra cytinosque siuos minus amittere putant. Nempe si surculos inversas fixeris. Facile in *à* mutatur, vicinæ admodum characteres. Porro lib. **ii.** cap. **x.** de caus. docet punicam facile cytimum propter nexus infirmitatem amittere, eamque esse causam cur non finant in excelsum excrescere. Addit quosdam pucinæ virgas è contrario serere, ut retineri cytini possint. Quæ sane non parum hanc lectionem nostram confirmant. Sensus ergo hujus loci hic est; Punica inverso surculo seritur, ut amplior fiat, ac ne in celsum excrescat, ramosque fert haud ita surrectos, sed potius pronus. Si enim inverso surculo seratur, fruticis naturam assumit, non arboris: frutices magis in amplitudinem, in altitudinem vero crescunt arbores amplitudine in umbrat fructum, simulque impediunt rami non surrecti' decidere humorem in cytimum; vide cap. **x.** lib. **ii.** caus. Contrarium tamen de ratione punicæ jubet Palladius in Martio tit. **x.** Curandum, inquit, ne *virgulta inversa deponas*. Locus hic suspensus. Docet quomodo prohibetur ne punica hier. Sic enim ait, *Sed quis inscrobe deposit, si tres lapillos in*

ipsa radice constituat, providebit (forte prohibebit) ne poma findantur. Curandum ne virgulta inversa deponas. Cassianus Bassius lib. x. cap. xxx. Εἰ τῷ φυτέῳ αὐτῷ
εἴλεις εἰς τὸ βούργα κήλακας, εἴς οἵ τε ἀπόφυτομένα, οὐδίλιας
αὐτῷ φύτεον. ἀντι τῷ αὐτοπάθεῳ, τούτῳ διατελεῖται καὶ γεν-
εμοιος οὐκ επαπεκτόμενος Φυσοῦ θάνατον, οὐ κατείησον. Dum puni-
cas plantas, silices in scrobem præmitte; si vero prius plan-
tatae fuerint, scillas juxta plantato. Hæ enim contrarietate
naturali, ipsa mala biare non permittunt. Similiter autem
si in inverso capite plantatae fuerint, non biant. Hæc per-
suadent, Palladium scripsisse, curandum virgulta in-
versa deponas. Sciolus quispiam, qui hæc ignora-
vit, particulam, ne temerè addidit.

E' v'gat'one.) In Ald. & Bas. cod. acutin'ge. Alteram
lectionem probat magnus Scaliger, Robertus Con-
stantinus, & Theodorus. Plinius Scanfilem dixit. Den-
siores, inquit, ita folio fieri, magisque protegere fructum, &
minus amittere, sicumque si etiam scanfilem fieri. Scan-
fili, ad quod facile ascenditur. An vult non in altum
crescere, parvasque semper manere? Ficus ut parvæ
admodum sint, & in vasculis super fenebris specten-
tur, docuere mangones. Verè fici surculum absin-
dunt, paulo ante germinationem, proiniente jam
oculo, & manibus contorto cacumine, in vase terra
pleno ipsum serunt, cacumine inverso. Circa hor-
dei, milijque non nihil aspergunt, terraque obruant,
extra eam relicta resæcta parte. Sic fit, ut ramuli
enascantur parvuli, qui circum vas sese fundentes,
brevi ficus edunt, pumila perpetuo manente arbore.
Si parva semper maneat, non dubium, quin i'cet' sit.

Mirisi ¹⁹¹⁴.) Plinius lib. xvi. cap xxvi. Ex his que-
dam communia sunt, quædam propria quarundam. Commu-
nia ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut cooperiri,
riguis dato potu vel ablato, fimi succo resectis, putatione
levatis onre. Item succo emissso, quædam veluti deradicio
sanguinis, circumratio corticis, vitium extenuatio, &
domitura palmitum. Gemmas, si frigus retrorridas, hirtasque
fecerit, repumicatio, & quædam politura. Ablaqueatio
anæsthesia, accumulatio ^{πίκησις}, potus datus, vel ablatus
idem, fimi succo resectio ^{κατέρρεσης}, amputatione leva-
tum opus ^{Διαγένεσις, αφίενται τὰς οὐσιὰς.}

*Σκατινού.) Sive ablaqueationem, fissionem, vel ut
rei rusticae scriptores loquuntur, pastinationem, serio
commendavit agricola Hesiodus, in op. & diebus,*

Γένος οὐ τερατοῦ μεμηνόνθασι σε κελάσαι.
Virg. primo Georg.

*Fingue solum primis ex templo à mensibus anni,
Fortes invertant tauri, glebasque jacentes,
Pulverulenta coquat maturis solibus astas.*

Fossonis necessitatem, utilitatemque, maxime indicare voluit auctor Apologi de Agricola, qui è vita excessurus, filios ad se vocavit, eisque significavit in vinea reconditum esse thesaurum, cuius si participes reddi vellent, diligenter eam foderent, terramque converterent profunde. Illi rati aurum illic desolsum, solum vineæ, laboriosa & sedula manu inverterunt, post patris interitum, καὶ θνητῷ μὲν ὀντεῖτο, ἡ δὲ ἀμπελῷ καλῶς σκαψίσσι τολλεωθλάσσια τὸ καρπὸν ἀπόδεκεν. De fossonis utilitate, cur terra pastinari debeat, & de tempore ablaqueationis, vide lib. **III.** de cauf. cap. **II.** & lib. **V.** cap. **XII.**

